Colloquium Hominis ad Animam Suam.

Verbum secretum mihi est ad te O sponsa summi Regis filia Anima mea eiusdem Regis insignita imagine. Et tanto confidentius, mordaciusque tibi iacula verborum iniiciam; quanto inter me et te solam quod acturus sum versari conspicio. Neque tibi evadendi locum tribuam, neque umbram excusationis requirere potes. Conscium tibi quippe est triclinium pectoris tui; quod sol claræ evidentiæ sic perlustrat: ut in faciem tibi veritas sit obiecta: Et si velis non valebis palliare quod dico. Et hoc non ad insipientiam tibi attentabo, sed revera ad salutarem medicinam, ut audita tua imprudenti ac impudenti prostitutione a tuo cordialissimo amatore æterni Regis filio te sic amante, ac suo sanguine pretioso redimente, salubri confusione te cognoscas, te cognoscendo erubescas,

erubescendo compungaris, compungendo con„tremiscas, contremiscendo ~~ad te~~ recurras ad ipsum ~~recipiens~~ quem contempsisti, et tanto ar„dentius ei inhaereas, quanto turpius ab ipso deviaveras, si tamen non dedignabitur iterato visceribus pietatis affluendo te resuscipere, et ad suum amorem ~~resuscipere~~ admittere. Fornica„ta es enim cum amatoribus multis. unde veren„dum ne iniquitatum tuarum memor dedignetur amplexus tuos tanquam pollutae, et contaminatae mulieris ultra aspernantis virum suum tam beneficum. Sed ne in foribus tibi laqueum despe„rationis iniiciam, audire te volo suum Fidelissi„mum Prophetam Jeremiam, qui inspiratione eius dulcissimum verbum tibi in consolationem emisit, cum de tali adultera qualis tu es figura„liter loqueretur more humano: quaerens, an apud vulgum adultera ad virum suum esset reversura ultra? Et respondet minime. ipse tamen affluens pietate ultra omnem creaturam te non asperna„turum se asserit si reverti volueris: dicens. tu tamen ad me revertere dicit Dominus et ego susci„

„piam te. Jeremiæ 3. At ne forte te insontem re„
„putes, et id quod obiicere intendo probare me for„
„te compellas, ne assumam probandam tanquam
probatam, et ob id petitor principii a te cavillet.
Ignora, an tu id negare valeas, quod omnes la„
„mentabiliter deplorant. In multis, inquit Ja„
„cobus offendimus omnes. Et secretorum Divi„
„norum scrutator in pectore Jesu recumbens. Si,
inquit dixerimus, ~~om~~ peccatum non habemus
nos ipsos seducimus, et veritatem non habemus
1 Joannis 1. Et quid necesse est transcurrere
omnium voluminum divinorum testimonia?
Quasi enim pannus menstruatæ omnes iustitiæ
nostræ: sanctus refert Isaias eiusdem 64. Et
B. Augustinus 9 libro Confess: væ inquit etiam
laudabilis vitæ homini, si remota misericordia
discutias ~~?~~ eam. Silentio pertranseo innumerabi„
„lia monstra et anfractus tuorum criminalium
peccatorum post lavacri Baptismalis emundatio„
„nem ab ineunte tua puerili ætate qua doli capax
fuisti et usque ad ætatem præsentem, qua vixa[...]
„qualiter resipuisti in cognitione tuorum pri„

„morum peccatorum. Nam ætas puerilis, adolescē„tia, et iuventus proh dolor tot sunt īvoluta tene„bris peccatorum pene in omnibus: ut gloria æstime„tur peccatum, et qui peccare non novit aut non velit vix se cognoscit, cum illæ ætates totam pene ratio„nem obnubilant. O! quot millia peccatorum, et decies centena millia in tali ætate committuntur quæ raro aut nunquam per puram Confessionem ex„plicantur. Nolo ergo ut tibi, o tu anima! Innocens videaris in quantiscunque etiam cautelis in prioribus ætatibus te custodieris. In multis enim tibi conscium est pectus tuum si clara luce teipsam exploraveris, aperiasque ventrem memoriæ tuæ ac rumines prius congesta, ut eorum acerbitas rememorata lacrymarum tibi flumina producat: sicque quam fœda fueris et hodie existis ex turpitudinis tuæ revelatione clarescat. Neque enim, nisi oculis fuerint opposita limpide ea cognoscere valebis.

Capitulum I.

Homo Obiicit Animæ Peccata Sua.

Convenio igitur te inquam o animam meam multis criminibus irretitam tenebris ignorantiæ

involutam, supervacuis sollicitudinibus distractam
vagam atque garrulam, nugis mundanisque disten-
-tam atque intentam in oblectamentis. Quid niteris
ostende bonam vitam tuam, quae insuper malitias
tuas docuisti, vias tuas, et in aliis tuis inventa
est corruptio tua: ab utero matris tuae contraxi-
-sti maculas, quae te degenerem semper ostendebant
quae te usque hodie suis vipereis venenis degenerare
non cessant et usque ad foveam sepulchri, qua recon-
-denda es te comitantur, quantumcunque te laveris
minus erit ad confusionem tuam expurgandam.
Tecum quippe geris sentinam vitiorum, quo praecipuè
repullulant ac lota iterum iterumque maculas ger-
-minant. Nunquam enim aliam vocem veridi-
-cam emittere valebis quam propheta regius la-
-crymose deprompsit dicens. Ecce in iniquitatibus
conceptus sum et in peccatis concepit me mater
mea. Et alter quidam: nemo mundus a sorde: nec
infans cuius unius diei vita super terram. Et
quis potest dicere mundae sunt manus meae: Cum
et ipsum vas electionis non nisi veraciter praesum-
-psit dicere. Nihil mihi conscius sum; sed non in hoc

iustificatus sum. sciens certe illam Davidicam vo-
"cem: Delicta quis intelligit? quasi diceret: nemo.
Cum undique circumdati sumus crassis nubibus
tenebrarum scilicet ignorantiæ. etiam in quanta-
"cunque vigilantia firmata fuerit vita nostra.
unde et alter. Si iniquitates observaveris Dne:
Domine, quis sustinebit? Et quis tibi testimoniu
reddet infallibile unquam te tuorum peccatoru
remissionem consecutam fuisse? cum dicat scriptu-
"ra. de propitiatu peccatorum noli esse securus.
Et quid ultra commemoretur? quanto puriorem
te æstimaveris, tanto te fœdiorem comprobabis.
Recolis enim Pharisaicam illam gloriationem de
sua puritate æstimatam ipsum profundius in abyssu
peccatorum demersisse? cum suorum operum cla-
"ritatem rememorans trabem in oculo suo superbiæ
non consideravit: festucas quasdam colligens quas
grandes moles virtutum secum computavit. Et
utinam ille solus et primus ac ultimus fuisset:
qui de solis exterioribus operibus quasi fulgentibq
ante se fuit gloriatus culicem liquans et cameluu
glutiens ad instar sepulchrorum dealbatorum foris

ad Animam Suam

speciosa apparentium quo intus plena sunt ossibus mortuorum. Sed puto eum multos post se comi-
-tes reliquisse quos admonitos esse vellem, ut foveam hanc in quam ille prolapsus est devitaret. Hanc quoqz foveam periculosam tibi o anima mea praeostendo, ut consultius tecum agere non moreris potius ad Consilium illius felicis publi-
-cani qui interiora sua speculatus de profundo Cordis sui se peccatorem confiteri non erubuit. Et inde veniam consequi meruit: quo se peccatorem veraciter ante novit. Ac ne ficte forte aut simula-
-torie te ore quidem et non corde humiliare volu-
-eris tui dedecoris maculas pallio quidem excu-
-sationis obnubilando palpabiliter tibi profero tempora pueritiae, adolescentiae, ac iuventutis tuae, quae si oculatius percurreris memorando sigillatim quos et quales tibi flores parturierunt. nescio an sensus aliquis in te remanere valebit. Quid enim virtutis hae aetates in se continere possunt praeser-
-tim debitis custodiis parentum aut aliorum defrau-
-datae? non enim norunt nisi insanire, et toto in passionibus ebuliunt. videmus tamen ex Physicorum

dictis quam ex quotidiana experientia, et ex natu-
=rali inclinatione talium aetatum homines praesum-
=ptuosos, audaces, voluptuosos, incontinentes, gulo-
=sos, superbos, iracundos, mobiles, instabiles, incon-
=stantes, laetos, sui amatores, et non nisi in deliciis
gaudentes, tristia et molestia omnia fugientes,
impetuosos, parentibus gaudentes, seniorum et sapi-
=entium consultationes parvipendentes. Et sicut
Salomon testatur. viam viri in adolescentia peri-
=tus ignoro. Quid autem ex his ebuliat clare est
videre. furtum, mendacium, ebrietas, luxuria,
ira, contumelia, detractio, invidia, voracitas, su-
=perbia, inobedientia, contemptus Dei, immemo-
=ratio et totius virtutis oblivio, et omnis boni se-
=pultura. Nonne haec tu in te o anima mea specularis?
cum tibi arrisit floridae adolescentiae et iuventutis
qualitas? Certe si non palpaveris, sed tui mensor
iustus fueris omnia tibi haec non defuisse fateberis
et multo his ampliora. denique sicut equus laxatis
habenis post tuas cupiditates noxias sine prohibiti-
=one cucurristi. Et rogo quando haec omnia, aut saltem
tertiam illorum partem per sacrae poenitentiae fontem

aut lacrymarum inundationem diluisti? Quin
semper recentia veteribus addidisti, quae quanto sol
intelligentiae in te crevit, tanto graviora reddebantur.
Sicque usum peccandi in naturam transformasti, et
quasi frontem meretricis aquisisti et nec erubesce,
„re voluisti, et quasi Sodoma peccata tua praedicasti.
quo, videas, si non usque hodierne crudeliter persequun„
„tur: et si ea relinquere velles, ipsa tamen te derelin„
„quere nolunt. ait enim Dominus per Jeremiam.
Si Aethiops mutare potest pellem suam, et pardus va„
„rietates suas, et vos poteritis benefacere: cum
didiceritis malum. Et quem, rogo, fructum tunc
habuisti in illis, in quibus nunc erubescis? Quod si
forte tibi blandiendo volueris protendere te secun„
„dum ritum ecclesiae confessione annuali ea delevi„
„sse: rogo, ne te fallas: Deum enim fallere non potes.
Conspice attentius, quales confessiones fecisti.
semihorarias, an forte quartam partem, aut sextam
horae unius in confessione deducens, post unius inte„
„gri anni circulum. ubi memoria singulorum pecca„
„torum, et toties repetitorum? quomodo putas tuae pos„
„se occurrere in speciali memoriae quodlibet tuorum scelerum?

Colloquium Hominis

Et quanto tempore putas dedisti operam, ut recogi-
-tares species, circumstantias, genera, gradus, morā,
tam cogitationum verborum, quam factorū tuorum?
Consuetudo enim timor verecundia te compulerunt
ad semiplenam aut coloratam confessionem facien-
-dam, magis quam amor Dei, contritio cordis, et offen-
-sa Dei. Putas Deum forte colludere posse tecum? qui
ad novissimum quadrantem a te exacturus est quod-
-libet etiam minimum peccatum etiam veniale. deni-
-que terribiliter intonat dicens. de omni verbo otioso
quod locuti fuerint homines reddent de eo rationem
in die iudicii. Et non potest solvi scriptura. Et si de ver-
-bo otioso, quid de verbo nocivo, mendoso, detractionis,
contumelioso, iniurioso, irrisorio? Et si de verbo otioso
quid de opere otioso vano et criminoso? Quid deniq;
de operationibus et cogitationibus, non dico vanis
et inutilibus, sed noxiis, libidinosis, cupidis, avaris
iracundis malevolisq; de quibus infallibiliter scias
a te rationem exigendam. Jam si vales prætendas
velum excusationis cum illo ætates supra memoratæ
nihil talium perpendunt ac pro nihilo ducunt etiā
multo maiora scelera. Recogita rogo, qualem aut

quantam egeris poenitentiam, et satisfactionem egeris pro tot tantisque criminibus? an forte quia tu ea a memoria emiseris, Deus ea non recogitabit? non est certe Deus ut homo, ut aliquid possit oblivisci. Scripsit enim contra te amaritudines, producturus eas ad lucem, quo tu non sperabis. stilo enim ferreo in ungue adamantino noveris ea recondita, non deleta: neque oblita. Et forte confugis ad poenitentiam tibi a confessoribus tuis olim iniunctam: Sed noli te decipere. utinam appenderentur peccata tua, quibus Dei iram meruisti, et poenitentia a te peracta pro ipsis in statera, cerneres certe palpabiliter, quod quasi arena maris illa istam in gravitate excederent: imo nulla comparatio inter ea esset. Quid vero resta-bit, nisi iusti Dei sententia pronuntiante: Quantum, inquit, se glorificavit, et in deliciis fuit: tantum date ei tormentum et luctum. Certe dicturus est: li-gatis manibus et pedibus proiicite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. mirum certe, si ad talem Dominicae comminationis tonitruum non expergisceris, quod etiam ferrea pectora et corda lapidea contremiscere possent: nisi quis pene mortuus

et insensibilis factus esset. Sed quisquis hodie non
timet, quia poenas non videt: poenis præsentatis timebit
et tunc sine remedio. Etiam si tunc vellet poenitentiam
agere, locum poenitentiæ non inveniet: qui modo aptum
poenitentiæ ~~locum~~ tempus perdit. Et ne forte iterato
ad aliam excusationis umbram te divertas, dicens.
Miserationes Dei multæ sunt: ignoscet iniquitatibus
meis; ut olim David, Petro, Mariæ magdalenæ et cæte,
,rorum, quos post peccata legimus gratiam invenisse,
et salvatos fuisse. Et quis ista non nisi falsissime nega,
,re poterit? Quis enim ennarrabit miserationes Dei?
imo et justi miserationes eius in æternum cantabunt.
sed noli secundum faciem iudicare, sed iustum iudiciũ
speculari te iubet salvator. Nec volo te misericordiã
Dei æstimare esse cum sinit peccatores de peccato ruere
in peccatum, imo magna crudelitas et Dei severitas
exinde cognoscitur. ait enim scriptura. Etenim mul,
,to tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere
sed statim ultionem adhibere: magni beneficii indiciũ
est 2 Machab: 6. O quantam catervam innumerabi,
,lem hæc lata confidentia de Divina misericordia ad
voraginem vitiorum trahit? videntes enim homines

mundani delicta a Deo non puniri, bonisque sicut et malis uniformiter tam prospera quam adversa evenire indifferenter innituntur Divinæ misericordiæ ad arma suarum iniquitatum ruentes de sceleribus ad scelera quasi Deus sua misericordia fautor esset peccatorum et vitiorum: Et qui idcirco abstinere debuerant a peccatis, quia a Deo patienter tollerantur ideo proclivius ruunt: quia Deus eos ad poenitentiam sustinet. ait contra unum de talibus in persona universorum beatus Paulus. Secundum duritiam tuam et cor impoenitens thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis iusti iudicij Dei. Et certe impertinenter adducis sanctos olim peccatores in fulcimentum tuæ opinionis. In istis enim Deus misericordiam exhibens te a barathro desperationis, in quantiscunque peccatis fueris eripere voluit non per eos fiduciam et spem peccandi tibi tribuens. Et si pro te allegare eosdem decrevisti peccantes, cur etiam non allegas eos contra te poenitentes. Et quos immitata es peccantes, imitari etiam non pudeat poenitentes. Et ergo quia secuta es poenitentes, sectari non pigeat poenitentes. Nunquid adhuc aliqua umbra superest tibi ad quam fugiendo te poteris quasi insontem probare? Et in hoc non

minimum peccatum incurris, quia te peccatricem etiam revera existen~~tem~~do non recognoscis. fingendo enim te innocentem fallaciter, dupliciter te ream ~~facis~~ non debes dubitare: et de peccato et de fictione innocen-tiæ. Præsumptio enim hæc tua innocentiæ maioris pariet tibi veneni præcipitium. ægrotus enim medico sua vul-nera abscondens minus habet sperare de sanitate quam ostendens. Et quid dicere poteris de pessima ingratitu-dinis vitio, quo omni tempore vitæ tuæ periculosius laborasti? scis enim divinam bonitatem te incessan-ter fuisse sua pietate prosecutam: perspicaci ingenio, clara facundia, robusto corpore, vivacitate sensuum, corporis sanitate, bona indole natalium tuorum, bonis fortunæ, honorisque, dignitatibus saltem mediocribus, doctrina, scientiaque profulgida, de aliis pluribus tibi conscius te honestando. Quid inquam pro his aut omnibus aut aliquo horum tu reddidisti creatori et tam munifico benefactori? Quin semper ad instar rabidi canis latrans et insidians renisus es eius beneficiis non recognos-cens tuum gratificatorem. Quid facere debuit tibi ultra et non fecit? vere olim de quibusdam dixit. Odio habuerunt me gratis. Inter quos vide, si non una et

principalis fuisti. Certè nosti scriptum. Servus sciens voluntatem Domini et non faciens, vapulabit multis. Scienti bonum et non facienti peccatum est illi. Nunquid ad ignorantiæ tenebras confugere valebis? minime. hæc Domini dona tibi fuerunt præstita ut semper nosse poteras, quæ esset voluntas Dei tui, Claritate ~~Dei~~ scientiæ te semper illustrante: qua scientia etiam tua vulnera semper erant graviora. Clamavit namque contra te scriptura tibi nota, conscientia remurmurans, et ratio contraria dictans. his omnibus tu rebellis ibas in proceps sensualitate tibi imperante. Nunquid ante legem poterant Sodomitæ et eorum complices in criminosis operibus confugere ad excusationis umbram? dicentes Deo punientes eos. Ignorantes peccavimus: cum lex nulla nobis data, nec prophetæ missi, nec scripturam aliquam recepimus. Cur itaque merito tam acerbe et insolitis poenis, scilicet igne et sulphure puniri debeamus? An nonne qui sine lege peccaverunt, sine lege peribunt? habebant enim testimonium legis scriptum in cordibus eorum. Sic illi omnes qui in diluvio perierunt: etiam ante legem iuste puniti sunt non obstante si aliquam ignorantiam prætendere poterant; et hodie

infinita multitudo infidelium in futurum damandorum, non obstantibus eorum excusationibus ibunt in dam,,nationis foveam. Arguendo igitur a maiori negativo: Si illi excusabiles iusto utique Dei iudicio damnati; atque damnandi sunt: quanto minus tu inexcusabilis es, quo ~~hodie~~ quotidie vociferantibus scripturis, et exemplis sanctorum, et tuba evangelicae veritatis in,,tonante a tuis iniquitatibus compesci non potuisti: dicente Christo. Si non venissem et locutus eis non fuissem. quod propter suam praesentiam et doctrinam tam gravia sunt peccata delinquentium, ut etiam com,,parata aliis peccatis in absentia sua et doctrina sua quasi peccata non aestimentur, licet in se gravissima non dubitantur. ut dictum est de peccato Sodomorum et in diluvio pereuntium. Ecce si vales tu peccatrix anima adhuc de ignorantiae excusatione querulare. Potuit ergo tibi sicut populo olim peccanti per os Jeremiae dicere Deus tuus tecum in iudicio contendendo. Quid inquit invenerunt pat,,res vestri in me iniquitatis, quia elongaverunt se a me et ambulaverunt post vanitatem, et vani facti sunt? An nonne iustum arbitratus fuisses et si non de aequo tamen de minimo te respondisse debere benefactori tuo?

Ad animam suam

Sed neq; hoc fuit placitum ante te: sed magis malum pro bono semper reddidisti; et ipse sustinuit, qui benefecit, et tu male dixisti, quia bona recepisti. Et quid ad hoc respondebis? Nedum eũ sed fidem et mihi: an forte negare valebis. Sed si negaveris, malum malo cumulabis, quia mendacio tegere intendis tuam malitiam ei, cui nuda et aperta sunt omnia, ipse enim scrutatur corda et renes. Certe arguet te malitia tua, et aversio tua increpabit te. Et clamabunt contra te coelum et terra. unde scito et vide quia malum et amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, et non esse timorem eius apud te. Quid igitur superest ut facias? Quo fugies a facie eius, qui ubiq; est, nec latere poteris etiam in centro terrae eum de quo scriptum est? si ascendero in coelum tu illic es: si descendero in infernum ades. Darem tibi consilium Augustini in libro confessionum. ut scilicet ab eodem ad eundem fugias. scilicet ab irato ad placatum. Et hoc consultissimum tibi debet videri. cum quis, si aliter consulit, decipit pariter et te decipit. Sed forte diceres, quomodo possunt haec fieri? Ecce consilium salvatoris tui. non consulit? ut qui non possit occurrere cum decem milibus

adversario suo qui cum viginti milibus ad se venit, legationem prius mittat rogans ea quæ pacis sunt. et missa legatione non desperes nec diffidas, quin suscipiat tuam legationem: noli aspernari etiam, si cum quibusdam fueris fornicata. ait enim: Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tues. Et Patrem vocabis me et post me ingredi non cessabis. Jerem: 3. Ecce ipsius et meum consilium placeat tibi quorum consilia priora tibi non placuerunt, sed indies semper aspernabaris ea.

Capitulum II

Anima Compuncta Respondet.

Heu mihi! quid audio de multitudine peccatorū meorum, multiplicitate Divinæ offensæ, et acerbitate poenæ mihi præparatæ? Quo mihi fugere, quomodo hæc recuperare, seu evadere valeo? Negare, fateor, non possum veritatis luce mihi obsistente. Et si inficiari vellem, aggereretur mihi cumulus indignationis, imo damnationis. fateri cogor et vera esse mihi obiecta, et multo his maiora. Nullum prorsus habens excusationis adminiculum volutabar in coeno voluptatum sine froeno retrahente nihil reputans triste mihi ex hoc

provenire. Et certe me video dolosissime deceptam mul-
-titudinem errantium insecutus sive pro lege ea utens,
ratus illam viam tutiorem quam multi sequuntur non
attendens quam angusta sit porta et arcta via quo ducit
ad vitam: et pauci inveniunt eam; latam et spatiosam
multi incederent ad perditionem. Jam primo cum tempora
virilitatis et senectutis me premunt: aperio intelligentiæ
oculos post tergum respiciens, et considero turbam peccato-
-rum meorum quæ post me clamant: licet actu transierunt
reatu tamen manent et continuas stimulationes in-
-fligunt torquentes me, et sicut onus grave gravatæ
sunt super me: dicentes et si non voce tamen commina-
-tionis memoria. tui sumus, tu nos peperisti: cum de-
-lectatione insecuta es; tua tempora deduxisti nobis cum
festivis gaudiis nos colendo, et nunc primo reicere nos
decernis? Non sic erit. Sed quibus comunicasti viva com-
-municabis et mortua. tibi adhærebimus non te deseremus
nec post mortem. ante tribunal Christi tecum pergemus:
sententiam formitabilem tibi expectamus, ut pro nobis
condignas recipias poenas numquam desituras. Quia si
prius dulcia tibi ministravimus, postea amara a nobis
recipies. hoc enim inflectibilis Dei iustitia suadebit.

Hæc inquam rememorando amariorem morte vitam mihi peccata mea procurant. Et si hoc efficere sufficiunt solum memorando quid factura æstimanda sunt pœnas pro eis experiendo. O quam lamentabile erit experiri, quod tam afflictivum est memorari? felix proinde sterilis et incoinquinata, quæ nescivit Thorum in delicto. felix anima brutorum, quæ cum corpore mo=riente et ipsa moritur nec metum pœnarum, nec spem habens gaudiorum. Optandum mihi esset, et cuilibet animæ peccatrici talium futurorum metu et gaudiis defraudari, quam sic horribilem expectare, non dico corporis sed animæ mortem a Deo optimo bono separationem, et nedum a Deo separationem; sed flamma=rum infernalium pœnam nunquam cessaturam, atque larvalium illorum dæmonum omni morte horribiliore facierum continuum aspectum. Quorum tam horrendus est aspectus: ut potius homo eligeret ingressum camini ardentis, et ibidem torqueri longo tempore quam ad uni=us ictum oculi ipsas larvales facies intueri. O! ut omnibus hominibus inesset iste metus, quam facile homines peccata vitarent. Et utinam mihi in retroactis temporibus adfuisset iste metus a quot et quantis iniqui=

-tatibus praeservatus fuissem. Sed heu adolescentia et iuventus non nisi praesentia intuentur: de futuris nihil cogitantes. In augmentum etiam mei doloris et molestiae, quam patior, hoc accedit, quod in omnibus afflictis lenire solet poenam, spes determinabilitate poenarum. mihi vero et meis similibus haec spes totaliter est ablata: ut licet poena futura sit maxima additur tamen etiam perpetuitas et interminabilitas. Nam si esset maxima tamen finem habitura post innume-ra millium annorum curricula non minima spes esset consolationis. Item si infinita extensive sive aeterna non tamen infinita intensive id est non maxima, utrum-que tolerabilior esset. Sed heu utrumque pessimum ex-spectatur, ut et maxima sit et aeterna. Nam posito per imaginationem: quod tota concavitas coeli reple-ta esset aquis usque ad nonam sphaeram et nihil aliud esset in medio quam aqua. Et quod una culex minutissi-ma post mille annos de coelo veniret, et sumeret minimam et pene imperceptibilem guttulam de ista aqua maxima. Et iterum sic post mille annos eodem modo sumeret minuti-ssimam guttulam de illa aqua. quot millia annorum efflue-rent antequam haec tota maxima exsuperantia aquarum

Consumeretur: et tamen aliqua esse posset spes, quod post totalem a quo illius consumptionem per minutissi-
-mam culicem misera anima evasura esset pœnas illas acerbissimas. Sed heu illa spes est ablata miseris damnatis. Aliud etiam exemplum poni solet de in-
-finitate pœnarum. Si lapis repleret totum mundum usque ad concavitatem nono sphoro et avicula quodam post mille annos veniens tollens tantum de illo, quanta est decima pars milii, ita quod in decem millibus anno-
-rum tantum consumeret de lapide illo quantum est unum granum milii: speculari delectat quod utique ille lapis tandem post multa millia annorum consume-
-retur ex quo est finitus, et omne finitum tandem per per ablationem partium consumitur, tandem esset spes habenda de finiendis poenis. Sed heu hoc spes etiam totaliter tollitur, quia lapide isto consumpto de novo in-
-cipit et sic deinceps sine fine. quae ergo consolatio inter-
-venire poterit revocare velle tempora præterita. Sed scio quod præteritum est irrevocabile. hoc enim solo privatur Deus, scilicet quod peccatum non sit præteritum. Quis inquit mihi det ut sim iuxta pristinos dies et tanto me intelligentia claritas sicut nunc illustrat: potius

revera quodlibet genus tormentorum subirem quam quam unius criminis maculam contraherem, quod in momento oculi pertransiit sui delectatione, sed non in momento post perpetratum facinus a conscientiæ remorsu accessit, imo vermis ille non moritur etiam in præsenti, quanto minus in futurum: nunc quidem conscientiam solam rodendo, postea vero et conscientiam rationem et corpus inextinguibili igne incessanter inflammando. vellem tunc quidem, quod et anima et corpus interire et annihilari posset, ut totum non esset: sed tunc mors fugiet a me, et quod nunc poenalissimum iudico, tunc supreme delectabile optarem. Sed nec nunc mors differtur, nec tunc mors optata accedit. Ecce quam diversorum temporum conditio. Sed potuissem temporibus præteritis effecisse, si sapientia adfuisset, ut et mors fuisset in desiderio, et vita mihi fuisset odiosa, et quod futuris temporibus timor mortis non adfuisset. Sed hæc omnia perdidi: quia oculos considerationis non aperui. Et licet aliquando scintilla quidem compunctionis in corde meo exorta fuit, tamen ad momentum extincta fuit, ~~ac~~ ac si scintilla maris aqua proiecta fuisset, ~~[illegible]~~,

accedente voluptate, prava societate et inveterata consuetudine ad instar seminis quod inter spinas cadit, quod exortæ spinæ suffocaverunt, neque ad fructum pervenit. Heu tempora amissi irrecuperabilia in qui-,
,,bus lucra spiritualia potuissem aquisivisse, quæ in æternum mihi profuissent. Sed cras et iterum cras longam restem fecerunt per spem veniæ ipsam ducen-,
,,tes: quod quam damnosum mihi tunc erat modo exper-,
,,rior; tunc vero non sensi. Blandiebantur mihi duo præcipua: largitas divinæ misericordiæ, quæ diutius tollerat peccantes, ut poeniteant; cui innixa peccare non cessavi: non recto oculo causam Divinæ tolleran-,
,,tiæ contemplans. Non enim ideo peccatores tolleran-,
,,tur, ut in peccatis continuent, sed ut a peccatis resi-,
,,piscant. secundum erat spes diuturnæ vitæ, quæ mentem meam solabatur de futura mutatione vitæ sanctioris, sicque his baculis arundineis innixus sordes vitiorum dulces mihi apparebant, cum multi in contrarium laborabant. Sed quid dicam? fateor et recognosco me deliquisse. Sed nunquid in hoc iustifi-,
,,catus sum? Puto minime; cum Dei iustitia inflexibi-,
,,lis nullum sinit peccatum impunitum aut in præsenti;

aut in futuro indubie puniendum. Cum igitur tu ocu-
los mihi aperuisti et foeditatem meam denudasti:
Et ego hoc ipsum recognoscens non inficior et plus,
quam dici potest, dolore cordis prostrata sum. Superest
ut si aliquod remedium reperire potes, mihi adhibeas
ut, quae imprudenter cecidi, prudenter resurgam, et
misericordiam Divinam qua prius abusus sum, eam
modo regulatius amplexer.

Capitulum III

Homo Animae Compuncta Respondet.

Consolamini consolamini popule meus! dicit
Deus vester. Viatori nondum fine ~~com~~ ex pleto non est
spes reconciliatrix actionis ablata. Nam mors cor-
poris sola spem merendi et poenitendi tollit. Unde
et salvatoris admonitio id innuit cum dicit. Ambu-
late dum lucem habetis: ne tenebrae mortis vos com-
prehendant. Quod in angelis reprobris casus, in homi-
nibus hoc mors operatur, scilicet statum immobilem
firmans in ipsis secundum Damascenum vitae. Itaque
porta tibi o anima nondum est preclusa: vide ne negli-
gas ut claudatur. fatuae enim virgines post clausam
ianuam cum lacrymis clamabant. Domine, Domine!

aperi: Sed in cassum; Quia tempus eis praefixum
perdiderunt, et ideo dictum est eis. Nescio vos. O vox
flebilis! vox lamentabilis! vae illis quibus dicitur:
nescio vos. Revera melius illis esset: si nati non
fuissent. Et mirandum plus, quam dici potest: Cum
hoc nullus ignoret et tamen tam terribile tonitruum
pauc~~os~~issimos expergiscere facit, qui parum de sua salute pro-
vident, volutanturque in his mundanis quasi per-
petuo secum permansuris, cum in dies patentibus
oculis cernunt et mundana perire et seipsos tolli
de hoc saeculo, sicuti et tu fuisti, sed Deo miserante
resipuisti, tui reatus facinora vel sero rememoratus
ac de ipsis ingemiscens. Et vere felix cuius cor hoc
memoria tangit, ut se recognoscant, et non sicut
caeci pulsant seipsos. utinam omnes saperent et in-
telligerent ac novissima providerent: ait Moyses.
~~Certe~~ profecto expergiscerentur et vitam mutarent.
Sed heu crassa nubes carnalium desideriorum ob-
duxit caliginem oculorum, ut quasi in somnis per-
cipiunt quidquid de tormentis futuris, de gaudiis coe-
lestibus, de vanitate praesentis vitae ac de rebus peritu-
ris eis dicatur. Sed postea mala sua fatebuntur expe-

-rientia tormentorum eos docente: ut olim Divitis illius Gulonis in inferno sepulti; cuius oculi tunc in tormentis aperti sunt ut Lazarum cerneret in sinu Abraho a longe; quem prius in vita ante ianuam iacentem recognoscere noluit: nec tunc optine-re meruit suæ petitionis effectum; qui in vita im-pertire noluit mendico et vulnerato quod poposcit ob utiqs animi tumorem, ac voluptatum carnalium crassam caliginem, ~~cum hoc nullo ignoret, et tamen~~ quo non sinebat eum oculos ad pauperem aperire. Sed post mortem in tormentis crassa voluptate de-tersa per poenam restitutos habuit oculos, quos voluptas clauserat. Sic indubie multis fiet, qui modo similes sunt diviti illi. unde et tibi et illis val-de formidandum est ne hoc quod illi dictum est, et tibi et illis dicatur. Recepisti bona in vita tua. Quasi diceret Abraham: Jam remuneratus es, et pro tuis meritis proemia reportasti: et amplius tibi ab-lata est omnis spes proemiorum: sed remanet sola retributio condigna peccatorum. Tibi vero adhuc sole lucente serenior aura arridet, vultusqs iucun-dior te illustrat quam illi diviti cum iam tempus

merendi transierat illi: tibi vero minime. Ideo si cordi tibi est non dissimulatorie, non perfun„ctorie ad cor redire, et præteritorum temporum rui„nas recuperare, vulnerumqȝ tuorum sordes ablue„re, ut vel sero redeas ad creatoris tui reconciliati„onem: Consilium tibi optimum impertiar, quousq non repudiabit te sponsus tuus quem olim abiecisti. Pius quippe ac Clemens cum sit, nemini sinum suæ misericordiæ claudit. Nec tamen facile aut segniter tibi agendum existit in principio tuæ conversationis et conversionis: sed asperiora tibi convenit anthido„ta adhibere. Præsertim cum abolere debeas pristi„nam et hactenus inveteratam consuetudinem, quæ pene versa tibi est in naturam. processu vero tem„poris facilior tibi et jucundior relucebit modus vivendi. sic quippe consuetudo perversa recta con„suetudine atqȝ bona tanquam clavus clavo re„tunditur: et quanto induruit perversa consuetudo tanto necesse est fortioribus remediis induresçat co„natus atqȝ studium ad ipsam abolendam. Nec mirum si tu ad Regis æterni cubiculum aspirans deformitati„bus plurimis depravata depurare et colorare necesse

habeas, cum puellis speciosis et admiranda pulchritu-
-dine fulgentes, nec aliqua sorde maculatae admitti
ad cubiculum Regis Assueri utique mortalis et idola-
-trae non merebantur, nisi prius per unius anni decur-
-sum unguento myrrhino, et variis pigmentis odoriferis
atque mundo muliebri debite praepararentur. ut recitatur
Ester 2. Mundam enim pariter et ornatam decet esse
sponsam tanto Regi desponsandam. quorum secundum
primum praerequirit. Neque enim ornari quis poterit
nisi prius munda existat. Tu ergo si ad cubiculum
huius veri et immortalis Assueri ingredi concupiscas:
scito te mundandam, scilicet per integram tuorum cri-
-minum primitus confessionem, quae confessio se-
-cunda est post naufragium tabula: qua praetermissa
tibi omnis spes aufertur salutis. sic enim sponsus
tuus instituit. Ite, inquit ad leprosos, ostendite vos
sacerdotibus. Et dum irent, inquit Evangelista, mun-
-dati sunt. summeque tibi cavendum est peccati reci-
-divum. Nam recidere quam cadere nequius est. sem-
-per tibi dicendum est cum alia quadam sponsa. lavi
vestimenta mea: quomodo iterum inquinabo illa? ne
forte illud proverbium principis Apostolorum in te

Verivicetur. Canis reversus ad vomitum suum et
sus lota in volutabro luti fiant tibi posteriora
peiora prioribus. Melius enim tibi fuisset vi-
-am veritatis non agnovisse, quam post agnitio-
-nem retrorsum converti abeo, quod traditum est
tibi sancto mandato. Et ad hoc recidivum vitandu
subtiliter speculaberis et quot erant occasiones
tibi priorum criminum tuorum; quas si decli-
-nabis facilius futura devitabis. Ad contrariam-
-que partem te contrahe: ut rectificeris. sicut si
curvum lignum rectificare volueris, oportet,
ut per violentiam illud ad contrariam curvita-
-tem ultra medium incurvabis et longo tempore
sic incurvatum illud ligabis: donec et tandem prio-
-ri curvitate deposita ad rectitudinem reverta-
-tur. Occasiones vero huiusmodi ut arbitror fue-
-runt pravae societates virorum ac mulierum per-
-sonarumque gratarum secularium in amorem
suum te allicientium, otiositas temporis, panis
et epularum saturitas, potuumque diversorum suavi-
-tas, ac ebrietas, conviviorum frequentatio, somni
diuturni delectatio, qui vitiis tuis alimenta mini-

„strabant, laxatio habenarum in omnibus libitis sine froeno disciplina. Sensuum exteriorum et inte„riorum vaga et curiosa licentiatio, linguae re„laxatio ad mendacia, periuria et falsa testimo„nia, ac ad turpissima et libidinosa proferenda, ventris ingluvies, quo libidinibus viam parat, aspectus et conversatio mulierum, quo mentes eti„am ferreas domant secundum Hieronymum. Juventus florida cum temporalium rerum abundā„tia quo libertati noxiae annexa sentinam om„nium praeparat vitiorum. Puto si recte specula„ri volueris conscium est tibi pectus tuum, quod nihil extra viam veritatis exorbitavi. hoc in„quam, o! anima mea! si esse iudicas verum et à prioribus voraginibus peccatorum eripi volueris has omnes occasiones declinare proposse oportebit. Quod si pigebit facere haut dubium ad foveam, unde exiisti, prolabi necesse erit. hoc ergo duo principia scilicet Confessionis lavacrum et occasionum fuga scito tibi ante omnia necessaria fore. Nec tamen hoc sufficere tibi scias: per hoc enim solum munda„beris et a proteritis quoad culpam: et cautionem

sumas ad cavendam recidivationem. Sed non,
„dum statim finis; sed adhuc restat providendu
sponsæ ornatui, et venustiori facie et gratio,
„ri vultu aspectui quandoqꝫ sponsi tam deli,
„cati valeas præsentari: ne tibi dicatur imperi,
„osum hoc dictum. heri tractus de luto hodie
vultui gloriæ præsentaris. Simulqꝫ tibi non
negligendum quod sponsus tuus vultum iudicis
assumpturus sit, qui usqꝫ ad novissimum quad,
„rantem a te exiget condignam poenam. Et si
non æternam quæ tibi iam dimissa est per sacra,
„mentum poenitentiæ et confessionis: sed procul
dubio temporalem satisfactionem ut poena poena
sit resolutoria. Neqꝫ æstimes a te ipsum non ex,
„acturum poenam post culpæ remissionem quia
suo dilecto Propheta David post dimissionem
culpæ quam audivit a Nathan Propheta dimissa
exegit poenitentiam ut filius proprius ipsum à
Civitate regia expelleret, uxoresqꝫ eius violaret
et ipsum usqꝫ ad mortem persequeretur. Et alios
sanctos suos impunes esse non sinebat etiam
post multas lacrymas precesqꝫ quas Deo offerebant.

Ad Animam Suam.

dicitur enim de eis in psalmo: Ulciscens in omnes
adinventiones eorum. id est: nihil impunitum in
sanctis reliquit. Quid ergo aestimas in te? Es ne tu
melior illis praelectis a Deo? Non utique, sed multo
inferior. Ideo vigilanti oculu tibi insistendum est
ut in praesenti tempore gratiae poenitentiae arma assu-
mere non pigeat, ne in futurum in igne illo ~~in~~ con-
solatiorio et acerbissimo poenitentia tibi sit infligen-
da, qui ignis purgatorius comparatus praesenti igni
quo ad poenalitatem sic est proportionabilis sicut in
praesenti pictus ignis respectu veri et naturalis ignis.
omni igitur rupta mora inoffenso pede tibi festinandum
est, ut arma poenitentiae comprehendas non tibi parcens
in poenis, quo tibi non pepercisti in peccatis. Nosti au-
tem et vulgatissima sunt bona poenitentiae, quae ad
tria genera reducuntur. Orationem, jejunium, et
Eleemosinam. Et omnia afflictiva corporis ad jejuni-
um: compunctio et lacrymae ad orationem: caetera
ad Eleemosinam. In quibus continue vita tua habeat
exercitium non tanquam contristativa sed revera ex-
hilarativa ad instar olim peccatoris David. fuerunt, in-
quit mihi lacrymae meae panes die ac nocte: et lacrymis

stratum meum rigabo. Et quidquid infortunii
aut adversitatis tibi occurrit, pro lucro computa:
solvent enim hæ parvæ lacrymæ magnas lacrymas
quas si agnovisses, cum risu præsentes amplexareris,
~~quas qui nunc amplectitur~~ nec lacrymas, sed
iocos putares: quas qui nunc non amplectitur,
maiores ei lacrymæ parabuntur. Subducas
igitur tibi lectorum mollitiem, conviviorum læti-
tiam, risuum atque voluptatum carnis exuberanti-
am, somni delectationem, vestium pretiositatem,
atque lenitatem, verborum superfluitatem, sensuum
etiam evagationem et cætera mille talia et opposita
pro eis tibi gratulanter assume in asperitate et vili-
tate tui corporis curam gerendam mortificando
membra tua, castigandoque et in servitutem redigen-
do: ut olim cœlestium contemplator ille Paulus; sicque
hoc usque ad tuam resolutionem continuando respondebis
iudici tuo de factis tuis, ut non habeat reiudicare iam
iudicata. si inquit Paulus nos iudicabimus non utique
iudicaremur. prævenire enim iudicaturum iudicem
expedit iudicando, ut legatione missa rogemus ea quæ
pacis sunt, quia non possumus occurrere cum decem

millibus ei, qui cum viginti millibus venit ad nos prout in principio memoravi.

Capitulum IV
De Ornatu Sponsæ.

Nunc vero de ornatu tuo o anima Christi sponsa! postquam depurata a sordibus contractis fueris: diligenter est transeundum compositionique ac decoris pulchritudini, quo tanto Regi decentissima existit studiosius prosequendum. Non enim ignoratur ab omnibus, quod sponsæ Imperatoribus, Regibus et principibus nupturæ ante copulam studiosissime nutriuntur, foventur, instruuntur in omni operatione, quomodo incedere, loqui, sedere, se ornare, et componere debent cum principibus fuerint præsentandæ. O quanta diligentia sæcularis urbanitas adhibet circa tales vix excogitari potest multo consilio et grandi deliberatione aliquando brevi tempore victuri simul et commansuri in caducis istis et momentaneis voluptatibus, nobilitatibus, aut dignitatibus divitiisque. Qualis est rogo comparatio, imo nec comparatione digna anima nuptura Dei filio immortali? à loco ergo minori assume tibi argumentum:

Colloquium hominis

si mortales tam accuratam et exquisitam exigunt mutuam complacentiam quid merito exigit spon-,,sus super filios hominum imo super millia An-,,gelorum speciosus, et qua temeritate præsumit anima paupercula aspirare ad osculum regis æterni eidem desponsanda nisi dilutissime ac decen-,,tissime exculta: cum crimine læsæ maiestatis censetur rea mortalis sponsa si minus decenter se gereret in præsentia principis mortalis cui nuptura esset. O quanta humilitate, timore reverentia, tremore, obsequendi promptitudine, gratissimaque complacendi voluntate, atque pleni-,,ssimo affectu se totam offert suam voluntatem sepeliens in sponsi voluntate sponsa mortalis prin-,,cipi copulanda et ut ita dicam se et sua omnia et corpus et animam resignans: ut amore digna esse possit sui sponsi prædilecti. ut dico, experien-,,tia probat. O tu felix anima Christi sponsa in præsenti et in futuro eidem copulanda hoc senties. rogo, inde quod et in illis, si non poteris excellenti-,,us quamquam ad huc excellentius teneris et obliga-,,ris. quanto sponsus tuus omnibus mortalibus est

praecelsior et praestantior. Studeas certe necesse omni hora speculari: quid requirat a te sponsus tuus tam suavis elegans atque sublimis. In quo amplius delecte,, tur gratuletur et iucundetur: quomodo lectulum cordis tui respergere, et cum quibus odoramentis unguentis atque floribus rosarum, atque lilium dealbatorum debeas, in quo tecum repausaturus dulciter est commansurusque tibi, ne a te recedat. Sunt enim delitiae suo esse cum filiis hominum quippe quia se transfert in animas sanctorum. Felix ille lectulus atque floridus, in quo gratissi,, mis amplexibus se tantus sponsus cum sponsa sibi ipsis mutua communicant oscula, unumque efficiuntur in spiritus sancti unitate ubi est idem velle et idem nolle, colloquiaque suavissima inter se miscent a se invicem divortiari recusant: di,, centes. Dilectus meus et ipse est amicus meus. Et speciosissimus ille sponsus de contubernio suae sponsae obdulcoratus atque eidem incorporatus dicat Adiuro vos filiae Jerusalem ne suscitetis: neque evigi,, lare faciatis dilectam donec ipsa velit: ut non eva,, getur ad creaturarum speculanda vestigia in eis

me quaerendo cum me immediate secum habeat in cubiculo cordis sui recumbentem. Rivulorum enim fluenta non quaerit, qui fontis puritate inebriatur. Saciatur enim ab ubertate domus Dei, atque torrente voluptatis uberrime potatur. Repletur quippe in bonis desiderium eius. ut dicat: proposui pro luce habere illum. Et venerunt mihi omnia bona pariter cum illo. Intrans in domum meam conquiescam cum illo: non enim habet amaritudinem conversatio illius, neque taedium convictus eius, sed gaudium atque laetitiam habebo propter hanc claritatem ad turbas et honorem apud seniores.

Nonne o anima mea haec te commemorante liquescit in te cor tuum: et ignis exardescit in hac et simili sacra meditatione te recensente elegantiam ac suavissimam cohabitationem huius sponsi praeclarissimi. Et si sola memoria tantum ignem accendit, quid erit cum praesentia eius fuerit tibi allata et copia amplexendi, deosculandique et colloquendi, ac cōmorandi tibi fuerit collata. Nec dubites de tam grandi promissione, quin effectus sequetur: solum decori et compositioni tuo insistas

diligenter. promisit enim per fidelem suum ~~famulum~~ discipulum, qui et in coena super pectus eius recubuit et ipse tunc potatus de eius fonte limpidissimo ipso influente dicebat. Ecce ego sto, et pulso ad ostium, si quis audierit vocem meam et aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, et coenabo cum illo, et ipse mecum. Ecce verum fidele et omni acceptione dignum. Hoc promisi ut te ad dilecti sponsi tui amorem incitarem eius speciositate delectatus: et ne durum tibi videatur, quid quid pro illius contubernio quan=tumcunque asperum contigerit persuaderi. Qui enim nucleum cupit, frangit nucem. Neque etiam morta=libus quidquid pretiosum advenit, nisi cum labore. vincit enim improbus, id est, vehemens amor omnia adversa. spes insuper lucri negotiatoribus omnia asperrima sentire non sinit. Si igitur te ornare ex corde desideras, ut ad concupitos iucundos am=plexus pervenire valeas: primitus in lege eiusdem die ac nocte meditare non graveris. haec enim lex voluntatem eius tibi plenissime demonstrabit, ut non ab aliquo magistro doceri habeas, quae sit volun=tas Dei beneplacens et perfecta. Hanc enim legem

ipse sponsus tuus omnibus diligere se cupientibus
tradidit quasi speculum in quo se speculetur quan-
tum proficiunt, quantum deficiunt, quantum
maculæ, quantum decoris in se contineant. Quam
legem si attente ruminaveris, ex ipsius meditatio-
ne et lectione obdulcabitur cor tuum et senties
quasdam scintillas inflammativas: In dextera
enim eius ignea lex, quæ scintillæ frigus, teporem
et ignaviam tuam expellunt, calefacientes in-
teriora penetralia tua, et ignorantiam depellentes.
Scrutamini, inquit, scripturas. et alibi: habent
inquit, Moysen et Prophetas, audiant illos. Clamat
quidem amicus sponsi. Quam dulcia faucibus meis
eloquia tua super mel ori meo. scribasque tibi deu-
teronomium legis: scilicet præcepta Dei et consilia
ut semper ad manum habeas: portabisque ea in corde
tuo inoblivisscibiliter memorando: Beati, inquit,
qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud. Talia-
que tibi memoranda et meditanda consigno, quæ in-
tellectum illuminant, affectum inflammant saporem-
que post se dulcem relinquunt, et mentem tuam in
seipsam retorquent: et in admirationem Creatoris

benignitatis eius alliciunt et per hoc te ad amo-
-rem ipsius accendunt. Et ut hoc expeditius prosequi
valeas: duo tibi inter cætera video necessaria.
Primo enim omnem inquietudinem, et quidquid
sollicitudinem inducit aut post se trahit summè
devitare studeas. Neque enim te claudicare volo
in duas partes. Nullam enim perfecte adipisci vales
si ambas amplecti cupieris: cum nemo duobus
Dominis potest servire. Irretitum enim animum
inquietudinibus et sollicitudinibus forensibus
non credimus illo cœlesti nectare posse deebriari.
A curis etiam mundanis gravari Salvatoris
sententia sanctos discipulos dehortatur. Unde si-
-lentium et quies tibi semper in desiderio sit pro
posse tuo. Secundum tibi necessarium reputo
inimicitias inter te et mulierem. sicut olim inter
serpentem et Evam. mulierem voco carnem tuam
cum passionibus eius, quæ tibi semper insidiatur,
trahitque te quantum in ea est a tuo proposito, quæ
nisi refrenaveris, frustrabitur omnis conatus
tuus quo proficere intendis in amore sponsi tui.
Contraria enim sponso tuo petit, cui quidem necessario

vinculo alligata es, ut tributum suum solvas, quod ei iure naturæ debetur, ne sub fasce ruens ante adeptum finem deficiat. Sed caute tibi providendum, ne servum delicate nutriendo postea eum sentias contumacem. Unde stricti iuris leges eidem serva, et semper minus quam possit tribue: Quia in paucis natura contentatur; dumque in cursu est necessaria petendi: nunquam dicit, sufficit. postea verò non appetit. Inflamatur enim voracitate dum offertur materia: ipsa vero ablata sanatur: pariter et se satiatam pronuntiat. Clamat omnis scriptura. Carnalia desideria in te occide. abstinete a carnalibus desideriis: quæ militant adversus animam. His duobus caute attentis iam tibi secure progrediendum est in hortum scripturæ sacræ, ut in lege Dei mediteris, colligasque tibi quidquid desiderat anima tua: sicut in cella apotecaria. Ibi Lilia dealbantia castitatis, ibi rosæ rubescentes charitatis, ibi violæ in valle humilitatis, ibi odor suavissimus unguentorum redolentium: ibi pigmenta flagrantissima pietatis et compassionis quibus tu affluens viscera tua aliis communicando, et uberibus consolationis

alios recreando: Ibi thuris odor delicatissimus in thuribulis aureis, quibus ignis Divino amoris accenditur scilicet orationum ferventium superinfusis lacrymis exuberantia: quarum odore sponsus tuus miro modo delectatur, ut olim in sacrificiis Deo oblatis: imo multo amplius cum unum per aliud præfigurabatur. Ibi tedium et fastidium omne pellitur: Ibi redolentia gaudiorum quibus animo gaudium in corporis membra se diffundit. Ibi limpidissimè omnis facies mentis in sui devenit agnitionem et pulsis omnibus tenebris clara luce se quilibet speculatur ibi mens ad superiora attollitur, a caducis abstrahitur et facies Dei nunc in imagine quantum possibile est intuetur. Illa enim est quo recipit omnem animam desiderio secundum S. Augustinum 2 de Trinitate tanto, inquit ardentiorem, quanto mundiorem: et tanto mundiorem, quanto ad spiritualia resurgentem, quanto a carnalibus morientem. In quo dicto Augustini gradus tui decoris agnoscere debes: sicque venusta facie et pulchro aspectu te sponsus tuus sicut olim Jacob Rachelem amplexari desiderabat. minime etenim te repudiabit sic suis rebus

intentam, et toto conatu sibi placere cupientem, qui olim te in sordibus volutatam non deseruit licet merito iusteque debuisset ac potuisset: sed te se confugientem, contemnentem, offendentem veluti mater dulcissima phreneticam filiam prosecuta fuit, custodiens, praeveniens, beneficia tibi cumulans in spe tuo conversionis. Nisi forte putandum est, fallere illam propheticam, veridicamque et omni veneratione dignam sententiam. Bonus est Dominus sperantibus in se: animae quaerenti illum. quod si in te respexerit sponsus tuus hilarem tibi suam faciem non negabit continere seque non valens revenit in amplexum tui dicens. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum etc. Quid dulcius hac voce? hac quippe vox prae omnibus amabilis, dulcis et tota desiderabilis: qua habita non aliud requiras. Excedit quippe omne aliud quod desiderari valeat. alia enim omnia fucata quadam et sordida dulcedine respersa in momento sunt evanescentia, quippe sensuum exteriorum et interiorum sunt solum irritamenta nullum fructum post se relinquentia. transeunt enim sicut fumus et habita in fastidium vertun,

„tur: quæ dum non habentur sunt in desiderio pluris,
„qz æstimantur in se ~~habere~~ continere experientia
docente: sive sint carnis delitiæ voluptatesqz vene„
„reorum: sive caducæ divitiæ, aut florentes et veloci„
„ter decidue huius perituri sæculi dignitates. Finis
enim probat quod oscula eorum plena sunt veneno pe„
„stifero: scorpionis more dulciter osculantur: sed per
caudam venena infundunt. Ideo exitu probanda sunt
non blando occursu. Sed proh dolor paucorum est
tanta acies in speculatione, ut discernere valeat
inter principia atqz fines: quam attentam consi„
„derationem tuis oculis semper cupio esse præsen„
„tem, voloqz te et cupio non per frondes et folia
ambulare, sed aciem considerationis ad radicem
arboris figere. Nolo te speculationibus mundia„
„lium rerum inservire: ut Theoreumatibus Euclidis
et Mathematicis conclusionibus: in quibus nec bonu
nec finem invenias tabularibus calculationibus
alphuncii, de Ecclypsibus et centricis, epiciclis, me„
„diis motibus aut veris solis et lunæ aut aliorum sphæris
planetarum, cursuqz syderum et motus sphærarum
cæterisqz mille scientiis, artibus, sophisticis natura„

„libus, methaphysicalibus, sermocionalibus, falla„ciis, elenchis, demonstrationibusque syllogisticis. Hoc enim omnia in Creaturis, aut circa eas pedem figunt. parum aut nihil de creatore tractant. Cog„nitio enim creaturarum relicto earum creatore mentem magis inficit quam reficit. Neque enim tali„um aliqua reperimus Salvatorem in corpore Evangeliorum, aut Apostolos eius aut fundatores veteris aut novi testamenti docuisse; sed ad fun„damentum omnium illorum, et causale principi„um, Deum scilicet, nos transmisisse. Diliges, inquit, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Et initium sapientiæ timor Domini est. Finem, inquit Salomon, omnes audiamus. Deum time et mandata eius serva: hoc est omnis homo. id est: ad hoc ordinatur omnis homo. fili! inquit, nihil aliud requiras. Ecce fina„lis omnium mundanorum evagationum conclusio. hoc non deserta sunt, sed fortia: non philosophico nectare superficietenus dulcorata; sed fundamentali verita„te solidata: non aures demulcent stemate rethoricali decorata: sed mentem concutiunt, et contremiscere fa„ciunt pavoris stimulo exagitata. ubi enim de poenis

formidabilibus et extremis agitur cautius consu-
lendum est. Cessat enim omnis philosophia cum
comminatio poenarum prosentatur; ac hilarescit omnis
facies cum fons deliciarum perpetuarum promittitur.
Haec inquam tibi, o anima mea Dei sponsa: modo pro-
ponuntur: sicut placet, aut ad poenas aut ad praemia
manus extendas.

Capitulum V.

Anima Sumpta Fiducia Respondet

David Sanctus in spiritu secum loquente mente
exhilaratus prae spirituali iucunditate se cohibere
non valens olim talem prorupit in vocem. Laetatus
sum in his quae dicta sunt mihi. Unde verò haec laeti-
tia originaliter processit subiungit dicens. In
Domum Domini ibimus. Revera nihil excellentius
eidem valuit materiam praebere gaudiorum quam
ingressus in Domum Domini: ubi plena facietas.
omnium quae possent desiderari. Et ille quidem de
suis sceleribus poenitentia iam peracta: aut saltem
in vita innocenti haec iucundantia verba protulit.
Ego vero misera et miserabilis nulla vel parva poeniten-
tia interveniente post tot tantorumque facinorum

congeriem meticuloso, tamen fidenti corde adipsum repedo verbis tanquam Divinis animata: licet multitudo meorum delictorum reclamat ut olim illi coeco secus viam sedenti turba praecedens reprehendendo clamabat ut taceret: ille verò multo magis clamabat. Jesu miserere mei. Et ego tacta dolore cordis, et avida salutis surda aure turbam perstrepentium cogitationum pertransibo, similiter cum coeco clamabo. Jesu fili David: miserere mei. multum benignissime! nunc primo lux bonitatis tuae mihi radios suos infulsit, ut quasi per rimulam parvam incipio te et tua viscera pietatis agnoscere. Quippe qui tanto tempore te fugientem, imo tibi contradicentem patienter dignatus es tolerare, quem iustitia exigente dudum in gehennam ignis demergere potuisti, etiam post primum peccatum a me commissum: imo semper peccata peccatis cumulantem semper nedum sustinuisti peccatricem sed et beneficiis pluribus mihi nunc cognitis praevenisti, et prosecutus fuisti. ignorabam enim tunc benefactorem, tutorem et Dominum meum à quo tanta erant mihi collata. Et ego phrenesi comprehensus latravi contra te, irridens te, et abiiciens te post tergum meum. Quomodo ergo nunc, o optime Jesu! audeo oculos meos erigere ad deprecandum faciem tuam, quam ego toties offendi?

Ad Animam suam

Nonne iustè mihi dicere posses? Vade et sequere amatores tuos, quos tibi dudum elegisti, cum quibus florem iuventutis tuæ attrivisti. Vide quid tibi ex omnibus desiderabilibus contulerunt, quem fructum ex eis reportasti. Clamavi post tergum tuum te sequens; Reverteres, perversa est via tua, ventos pascis, aerem verberas, telas aranearum texis te eviscerando. quod quæris non invenies: quia in his beatitudinem te reperire existimas, nec apprehendes. Ecce iam tu tibi testis es, quia frustra laborasti, in vacuum cucurristi. Ecce deserunt te fallentes te: iam irrisores tui facti sunt, qui tibi oscula blanda præbuerunt. Ita bone JESU! sicut dicis, verum est: me solam nudam reliquerunt omnibus bonis spoliaverunt me; vulnerantes insuper me abierunt vix me semivivo relicto. Quo ergo fugiam nisi ad te piissimum samaritanum, à quo ego longe disiunctus tu verò semper propinquus fuisti mihi oleum et vinum infundens in vulneribus sauciatæ animæ? Nisi enim tu adiuveris me habitabit procul dubio in inferno anima mea, id est, ego ipse. Neque enim aliud nomen datum est sub Cœlo hominibus: in quo oporteat nos salvos fieri nisi in te, suavissime Jesu. Quid ergo expedit mihi, nisi procidam ad pedes Domini mei cum peccatrice illa Maria Magdalene. Et si in faciem non præsumam accedere, sicut nec

illa, retro tamen secus pedes prorum osculans, rigansque lacrymis pedes eius, sperans, et ut mihi benignissimus Jesus dicat: dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et si etiam calcibus repellat me: nihilominus tamen revertar. Syrophoenissa etiam illa, quae canis nomine appellata est: et bis repulsam passa, copiosam tamen veniam consecuta est dicente ei Christo. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti; tibi enim proprium est misereri semper et parcere, quod à te separabile esse dicere, non aliud est quam tibi blasphemiam inferre: et nisi nos miseri essemus profecto tu misericordia locum non haberet. Quae autem utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid enim tibi confitebitur pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam? Et quidem scio: si totus orbis periret, quis tibi imputabit? Nullius enim es debitor: neque enim aliquis tibi dicere potest: Cur ita facis? Et si ad ostendendam patientiam tuam et iustitiam me atque omnes posses à gratia tua alienare, et in abyssum demergere hoc demeritorum nostrorum exigentia iusta atque condigna. Juxta tamen tuam tuorumque prophetarum fidelium promissionem ad te revertentibus in toto corde suo misericordiam et veniam pollicitus es: cui pollicitationi misera ego confidens

Ad Animam suam

obsecro per viscera ineffabilia pietatis tuæ, quatenus et ego eam in me sentiam cum effectu per eam delendo meorum facinorum fasciculos deprimentes: tibi enim soli competit medicinam præstare ægrotis, cui vulnera mea lethalia sananda per te offero, ut unguentum tuæ sacrati-„ssimæ passionis, id est sanguis pretiosus sit curativus morborum meorum. Ego enim tuo adiutorio dulci-„ssimo confisus spondeo plenam emendam a recidivo cavere volens pro posse meo tua gratia mediante. Sufficit enim et plusquam sufficit præteritum tempus consumasse in iniquitatibus: nec adiiciam ultra. Unde aufferam a me antea lectorum mollitiem, ciborum de-„licias, vestimentorum splendorem, oculorum, aurium, linguæ et tactus blandimenta, quæ mihi semper erant et irritamenta et retinacula peccatorum, sociorum sociarumque suspectas et insidiantes conversationes, cæterorumque om-„nium et singulorum furtiva et nociva consortia. Con-„vertamque me ad interioris mei hominis compositionem ac decorem renovandum, nec ulterius serviam tortoribus crudelibus quibus hactenus servivi: qui neque diebus necque noctibus requiem mihi præstiterunt nunc in igne iracundiæ, impatientiæ: nunc in aquam molliciei et volup-,

-tatis me præcipitantes, ut olim illum dæmoniacum occidere molientes: quos ego quasi captivus sequebar arbitrans ipsos me diligere. Sed nunc comperio ipsos hostes mihi fuisse immanissimos: te vero salvatorem meum putavi inimicum, et ideo te et monita tua semper aspernabar; quia tunc nondum obdulcorasti mihi. Jam verò cogito omnes annos pristinos in amaritudine animæ meæ, et quæ tunc dulcia videbantur, nunc præ angustia mihi amarescunt, et si guttæ maris essent in oculis et eas effundere valerem non viderentur mihi sufficere posse ad iram Dei placandam quod pro malis bona tantus benefactor refudit, et ego tunc illi universa mala pro bonis semper restituebam. Et si nil æque possum reddere ad satisfaciendum: possum tamen me humiliare ad placandum meorum mala reatuum. Humilis Confessio Divinæ indignationis est mitiga-tio, iuxta propheticam enuntiationem. Cor, inquit, Contritum et humiliatum Deus non despicies. Dicam igitur peccavi Pater: in cælum et coram te impie egi iniuste feci te relinquens te offendens. tu iustus, ego iniustus: tibi justitia, mihi confusio faciei meæ. hactenus me conservasti, ac mores meos perversos

sustinuisti. Ex tua pietate processit quod fuisti parcens et dissimulans peccata mea punire propter poenitentiam quam longanimiter expectasti: ut saltē vel sero reverterer ad cor. Postquam substantiam iuventutis meae consumpsi cum saeculi amatoribus, et miserabiliter egere coepissem usque ad siliquas porcorum, de quibus ventrem meum saturare cupiebam et nemo mihi dabat: abii quippe in regionem longinquam, et a te longius recedens non locorum spatio sed morum dissimilitudine. Ideoque oro et obsecro. Inclina Deus aurem tuam et audi: aperi oculos tuos et ~~[illegible]~~ vide dolorem cordis mei: exaudi Domine; placare Domine; attende et fac. Quae enim utilitas tua si descendam in infernum? neque enim ibi te laudabunt omnes damnati. Peto clementiam et misericordiā tuam, non iustitiam. Memento latronis illius impii te vel sero confitentis. Memento peccatricis mulieris ad pedes tuos cum lachrymis procumbentis. Memento Cananaeae pro filia te deprecantis. Memento Petri te negantis. Etiam unam tantum habes benedictionem Pater? absit hoc a te qui abundare non cessas visceribus pietatis. Crevit enim tecum miseratio, quae te

ad terras de sinu Patris attraxit etiam inimicos suos adveniens redempturus, et pro eis animam suam positurus: ut ubi abundavit delictum, tua gratia superabundaret, quibus ego in facinoribus par extiti. oro ut et ego aliquem loculum gratiæ apud te inveniam, in eaque usque in finem vitæ meæ perseverante, donante te conservante, qui es

via, veritas, et vita

JESU Christe

Qui cum Patre et Spiritu sancto ~~vivis~~


unus es Deus per sæcula

benedictus.

Amen

fac ita mi Pater.

1762. 24 octobr:



De Conflictu Inter Amorem Dei & Mundi.

Non incassum Discipulus ille, quem diligebat JESUS, in cœna super pectus eius recubuit Joannes filius Zebedæi: ut ipse per se testatur Joanis 13. Revera et vicinitas, et pectus illud sanctissimum, reclinatorium aureum aliquid arcani mysterii, et excellentissimi Charismatis est significativum, quo ille electus discipulus, fonti sapientiæ et ardentissimæ flammæ appropinquans, hausit, et Divinam sapientiam ab aliis absconditam, et ferventissimi amoris ardentem faculam illam, in sui sacratissimi Evangelij principio: dicens. In principio erat verbum etc: hanc in epistola sua prima, quæ mellis dulcedine, tanquam amore peruncta, tota redundat, copiose effudit, nihil in se amaritudinis ~~exprimens~~ continens. Quippe ex illo mellifluo JESU pectore, in quo recubuit, nil aliud quam charitatem

potavit: cum ipse idem testatur: dicens. Deus Cha-
„ritas est. hanc nimirum vidit super omnia Dei
Carismata florere. Ob quam aquirendam, nutri-
„endam, conservandam, et in ea perseverandam
toto conatu et supremis desideriis hortatur mundum,
et omnia, quæ in mundo sunt, mentis amore
abiicere: dicens. Nolite diligere mundum, neque
ea quæ in mundo sunt. Inferens rationem. Quoni-
„am, si quis diligit mundum, non est Charitas Pa-
„tris in eo. Et si quæreremus; Quid tu amice
Christi! intelligis per mundum, quem non diligen-
„dum hortaris? Respondet. omne quod in mundo
est concupiscentia carnis est aut concupiscentia
oculorum, aut superbia vitæ: quæ non est ex Patre,
sed ex mundo est 1. Joann: 2. Occasione huius
amoris Divini amplectendi, et in cordis nostri
cubiculo plantandi, et amoris huius mundi de
„cordibus nostris eradicandi: visum est mihi pro
me mihique similibus, qui non sibi conscii sunt huius
Divini amoris, aliqua ipso Christo aspirante et
inspirante stilo depingere, licet stilo minus decorato.
Et hoc ut sermo magis acceptior sit, per modum

et Mundi Amorem

Dyalogi scilicet amoris Divini inquirentis, et amoris mundani respondentis, via nobis procedendi erit. Contemplamur siquidem mundanum amorem rebus perituris adhærentem pene maiorem hominum partem sibi subiecisse, quorum studia quotidiana testimonium perhibent, quod tota intentione insu-
„dant pro terrenis amplectendis. Solet enim quis ex„
„terius ex intentione propagari. ut ergo homines ag„
„noscere valeant, quam inaniter sua atterunt in„
„genia, diesque suos numero paucos sine fructu con„
„summant, quos utique multo uberioribus possent impinguare disciplinis ad æterna tendentibus: Cum obiurgatione loquitur contra tales propheta Isaias dicens. Quare appenditis argentum non in panibus, et laborem vestrum non in saturitate? Isaia 55. Nomine argenti volens intelligere men„
„tis intelligentiam, et laborem: scilicet, exercitium operum exteriorum. Ad hoc utique negotium specu„
„landum, quam vanum sit, fingamus consistorium amplum, dantes liberam audientiam omnibus inter esse volentibus, tam mundi amatoribus, quam Divi„
„narum rerum culturæ intendentibus: scilicet

spiritualium amatoribus quam Divinarum rerum.
Sintque spirituales opponentes seu arguentes ad inqui„
„rendam veritatem, sint am^al^ores mundi responden„
„tes. [redacted] Sit inter has partes disputan„
„tes veritas sacrae scripturae aequissimus iudex
aequa lance singula gestans in manibus, non pal„
„pans, sed clara luce semitas iustitiae investigans
easque timore amoreque seposito sine acceptione per„
„sonarum pronuntians, sic quod victus victori sine
pertinacia assentire non erubescat, errores suos
emendans: gaudeatque se sua vulnera tandem cog„
„novisse. Fere enim tota humani generis praesens na„
„tio, et priscorum antiquitas in his erroribus pro„
„lapsa videtur, quod visibilia et caduca rebus aeter„
„nis ²praetulit et ¹invisibilibus: licet etiam fide orto„
„doxa non erant fraudati, quae tamen si destituta fu„
„erit vera dilectione secundum Apostoli sententiam
nihil prodest. Si enim perspicue consideratur, fa„
patet. „cile potest, quod fundamentum omnium malorum
est [redacted] amor terrenus. Et e contra fundamentum
omnium bonorum est amor aeternorum. quod patet
per resolutionem singulorum in sua principia, per quam

& Mundi Amorem

resolutionem vera sumitur rerum cognitio. Amor enim rerum invisibilium se sensibus patenter offert. ex quibus sensibus secundum Philosophos nostra oritur cognitio. Sed nunquid putandum est etiam post evi-„dentissimam victoriam unius partis ad alteram quod altera se fateatur victam, et vincenti cedat, am-„plexeturq; semitas iustitiae. Certe quo ad omnes mi-„nime credo. sed non incredibile est quo ad aliquos quorum corda Deus illustrat. Nam dicit Paulus. ani-„malis homo non sapit ea quae spiritus sunt, stultitia enim est illi. Morem tamen gerimus omnibus, si for-„te aliqui ex pluribus resipiscant. mercedem tamen unus quisq; accipiet secundum suum laborem. Res est antiquata et a multis sepius refricata aliquando fructum ferens aliquando minime.

Constituto itaque disputationis loco amor Divi-„nus ad sui imitationem trahere cupiens amorem mundanum, tanquam minus recte incedentem sive spiritualis homo hominem huic saeculo corde immersum, sic alloquitur tanquam univoce mordaci dicens illud quod olim propheta Jeremias desertori-„bus dicebat.

De conflictu inter Dei

Amor Divinus

Quid invenerunt in me Patres vestri iniquita-
tis, quia elongaverunt a me, et ambulaverunt post
vanitatem et vani facti sunt? Jeremiæ 2. Et paulo
post. Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et fode-
runt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non
valent aquas. Et paulo post. Scito et vide, quia ma-
lum et amarum est reliquisse te Dominum Deum
tuum, et non esse timorem eius apud te. Jerem: 2.
Et licet hæc prophetia loquebatur ad filios Israel idola co-
lentes, et legem Dei prævaricantes. hodie tamen non
absurde sic loquitur ad eos, qui fidem quidem nomine-
tenus retinent, sed forte non impares sunt aliis
criminibus, quorum Deus venter est, et de quibus S.
Paulus: Confitentur se nosse Deum, factis autem ne-
gant. Profecto cum magis sit Deum facto negare, quam
verbo, sicut factum magis est quam verbum. Nam secun-
dum S. Gregorium. Si hodie nomen Christi in tanta
gloria non esset, tot professores Christi etiã non haberet.
Et si ritus colendi idola non esset in tanta infamia
apud Christianos, et ipsa responsa darent colentibus, et
ditarent suos cultores, ac ad dignitates promoverent,

sicut legimus de Juliano Imperatore et de Theophilo vice-Domino in historiis: absque dubio cerneremus „idola et Daemones in eis loquentes multos habere cultores, si non per poenas coercerentur. Sed quia hodie multi Christiani hoc facere erubescunt in idolis, multo amplius faciunt in crimine avaritiae, luxuriae, et superbiae: ubi minor infamia est, non tamen minor culpa. Revera dicit Jacobus, si quis totam legem „observaverit, offenderit autem in uno, factus est omnium reus. scilicet secundum Doctores, qui scilicet in una Charitate, aut in uno scilicet Deo, aut precepto Dei offendit factus est omnium reus, quo ad poenam „damni, quae est carentia Divinae visionis. Vitia enim „omnia sunt connexa, quo ad aversionem ab „incommutabili bono, per quod omnia bona deperduntur, et merita praeterita mortificantur. Noli ergo gloriari tu amator mundanorum quod non colis idola, sed sufficit tibi quod Daemonum servus factus es: quia dicit Christus qui facit peccatum servus est peccati. peccatum etiam unum solum mortale separat a Deo. Impatientissime igitur fero quod tu sponsa à Deo electa, ut ipsum amore amplectereris mundano amore te prostituis et tot adulterinos amatores post te traxisti, quia vere dicit propheta: à maximo usque ad minimum omnes avaritiam sequuntur.

De Conflictu inter Dei,

Amor Mundanus.

Sic Respondet.

Asperitas verborum tuorum saevire videtur, qua,
„si pene tota hominum multitudo per devia erroris in,
„cederet. Nam haec vitia: Avaritiam, luxuriam,
superbiam in hominum frequentia dominari cau,
„saris, contra quo tu mihi bella indicis iniusta.
Creatura quippe Dei omnis bona, nec quidquam rei,
iciendum, quod cum gratiarum actione recipitur,
sententia est apostolica. Ego illa utens, quid commerui?
Nec illa utens a Deo me recessisse fatebor, sicut nec
veneranda veterum Patrum honesta conversatio.
Abraham, Isaac, Jacob, David, Samuel, et propheta
Isaias quos laude dignos sacra praedicat scriptura,
qui divitiis uxoribus et dignitatibus abundabant,
nec tamen propter hoc se a Deo alienos sperabant.
Ait unus de eis. Delectasti inquit me Domine in
factura tua; et non vitii sed virtutis hoc esse puta,
„vit. Videris igitur me ob id reprehendere propter
quod laudare debuisti me, et sic baculum rectum in
aqua stantem curvum iudicas, et ideo videris erro,
„re deceptus, non considerans medii difformitatem,

& Mundi Amorem

densioris et rarioris, ut docetur in perspectiva: Unde a longe speculantes de facili paralogizantur: ex primo Elenchorum. hæc res antiquata est, neque aliquando susce-
-pit tam efficaces contradictores, quod potuisset aboleri, sic nec æstimandum est tuis qualibuscunque conatibus aut rationibus eradicari. Nam videtur naturæ in-
-situm, quod non potest assuescere in oppositum: secun-
-dum Philosophos: ut scilicet præsenti vitæ accomoda et corporis oblectamenta non amarentur. Addam et hoc, quod tu mihi obiicis: scilicet quod pene universitas propagationis humanæ præterita præsentia et futura in his quietem sibi vendicare videtur et totis viribus his adhæret, nec patitur ab his avelli: et vix pauci in-
-veniuntur qui calcatis terrenis ad cœlestium amorē assurgunt: teste propheta Jeremia. A maximo usque ad minimum omnes avaritiam sequuntur. a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium. pluralitate igitur sic viventium roborabo amorem mundanum non omnino contemnendum, quia a pluribus frequē-
-tatur videtur non esse otiosum: et fama quam mul-
-ti famant in toto non deperditur: ex lib: de somno et vigilia.

De Conflictu inter Dei

Amor Divinus.

Efficacibus videris fulciri rationibus, sed vere sophisticaris, cupiens obumbrare vere fel sub falso melle sicut olim rex Saul sub specie offerendarum victimarum reservavit sibi greges pingues in cæde amalech: quos tamen iussu Dni occidere debuisset. avaritiam pallians sub colore Divini honoris: ut patet Primo Regum 15: Sic tu sub nomine amoris creaturæ a Deo creatæ tuis concupiscentiis crimino,,sis intendis vacare. Neque enim craturas a Deo ad usum hominis factas condemnamus, quas etiam Deus diligit, qui nihil eorum odit, quæ fecit: Teste scriptu,,ra. sed earum abusum præter eorum finem ad quem factæ sunt utiqꝫ sapientissime improbamus. vidit enim Deus septimo die, quod ea quæ fecerat erant valde bona. Genes: 1. Revera enim sunt leges Divinæ et humanæ instituta, quomodo, quando, et quibus lici,,tum sit ipsis uti: ut patet in omni statu hominum tam spiritualium, quam sæcularium non indifferenter omnibus eodem modo: sicut clericis, religiosis, et coniugatis. Omnia enim in numero, pondere et men,,sura Divina sapientia disposuit, metas unicuiqꝫ pro,,

figens speciales, quas transgredi cuiqs non liceret. Oportet igitur tecum iudicio contendere, ut veritas clarèscere valeat. Nam secundum Lactantium obvoluta in obscuro veritas latet, ut pauci eam perspicuè videant, ob insitam sibi austeritatem quã natura hominum proclivis in vitia pati non potest. Nam quia virtutibus amaritudo permixta est, vitia voluptate condita sunt, et bonorum specie decepti mala pro bonis amplectuntur. Neqs enim dilectus ille discipulus Joannes creaturam quæ in mundo est vitiosam intendit demonstrare, sed concupiscentiam illicitam contendit abscindere dicens loco quo supra. omne quod in mundo est, aut concupiscentia carnis est aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. virtus enim et vitia in corde hominis esse habent, non in rebus quas Deus Creavit. unde et Christus non absolute dicit: Qui viderit mulierem iam moechatus est eam in corde suo: sed addit ~~[illegible]~~ vigilanter ad concupiscendum eam, iam moechatus est. quod in vitium sonat. imo omnis creatura vestigium gerit sui creatoris, et si homo bene ea usus fuerit, instrumentum est ~~vanitatis~~ virtutis ut Ambrosius testatur de divitiis. Igitur Paulus

præcipit divitibus: non ut eas abiiciant, sed non altum sapere aut superbire de eis: nec sperare in incerto divitiarum, sed facile communicare, tribuere. etc. 1. ad Timoth: ultimo. Et quod in argumentum statuum ponis Abraham, Isaac, Jacob, David etc: qui divitiis, matrimonio, honoribus que abundabant, hoc non negamus, quin hoc innocenter faciebant, teste scriptura: quo eos honore et imitatione dignissimos sæpe pronuntiant, scilicet: Ego sum Deus Abraham, Isaac, et Jacob. Nam tempus propagandæ posteritatis quo ad fideles hoc exigebat, et status eorum hoc requirebat. sed quo ad iustitiam, pietatem hospitalitatem, misericordiam, charitatem forte hodie paucos habent inter christianos imitatores. Ideo scriptura appellat eos amicos, electos, et dilectos Dei. Quanta autem hodie sit in hominibus insatiabilis cupiditas incontinentia, et honoris ambitio clarum est cuilibet videre. Quod etiam in tui excusationem assumis ipsam vetustatem et fatuorum multitudinem qui ad mundanorum amorem aspirant, potius contra te est, quam pro te. Nam dicit August:

& mundi Amorem

Nescis antiquitatem matrem esse omnium erro,
,rum: et stultorum infinitus est numerus, quia
perversi difficile corriguntur. Et in omni genere
rerum numerus imperfectorum maior est nume,
,ro perfectorum. hoc in archa Noe: de bestiis grā,
,dis multitudo, de hominibus solum octo. hoc de
auro, margaritis etc. Et Dominus JESUS duodena,
,rio numero Apostolorum stare voluit contentus.
Et hodie de Religiosis reformatis pauci reperiuntur,
totus autem mundus plenus est latam viam ambu,
,lantibus et spatiosam. In fulcimento tuarū viarū
triplici genere probationis uti conaris: scilicet
Exemplo sanctorum: qui huius mundi amore deti,
,neri videbantur ut tu existimas. secundo multi,
,tudine plebis, aut ~~et~~ pene totius orbis, quos tu non
putas posse errare. tertio argumento ad impossibile
scilicet quia si tanta multitudo per devia erroris
incederet damnationi obnoxia videretur maxi,
,ma hominum multitudo: quod tibi inconveniens
videtur. Cur quaeso oculum tuo considerationis non
retorques ad securiorem semitam? in qua nulla
via dubitationis reperitur? scilicet ad vestigia imi,

"tatione dignissima, Sanctorum Apostolorum et
ipsorum sequantium: quorum innumerabilis præ,
"cessit multitudo: qui mundi huius labentis fal,
"lacias totaliter reliquerunt, et affectus cordium
suorum coelestibus consolationibus inseruerunt,
et amplioribus in infinitum gaudiis etiam in hac
peregrinatione fruebantur, quam tu in caducis
istis et momentaniis oblectamentis vales invenire.
Respersa siquidem sunt omnia quæ tu quæris amari,
"tudinibus et anxietatibus ac curis plena, magis
abundantia doloribus et pœnalitatibus quam iu,
"cunditatibus. Et certe imprudentem se demonstrat
qui in operatione sua plus sentit doloris, quam
consolationis. tuos etiam sectatores luctuoso fi,
"ne concludis. Nam quanto ardentior amor in pos,
"sessione, tanto pœnalior dolor in amissione. hoc
clarissimè probant priscorum temporum tui diligen,
"tissimi imitatores Alexander, Nabuchodonosor
Assuerus, octavianus, Caius et cæteri mundi
rectores et amatores: quibus quidquid libuit, licuit:
qui dilexerunt parcere subiectis, et debellare super,
"bos. Quorum vita brevis, pœnis et doloribus plena:

& Mundi amorem

Et periit memoria eorum cum sonitu, et nihil eos sequitur post exitum animarum eorum nisi fletus et stridor dentium. Mei autem milites, scilicet Dei cultores, etsi caducis huius labentis saeculi fraudant seipsos deliciis: tamen multo nobilioribus afficiuntur odoramentis: scilicet spiritualibus non deficientibus: quae verae sunt delitiae ~~non~~ in creatore non in creatura. Nam in creatura oblectari est bestiale gaudium commune cum bestiis: Intellectuale autem est commune cum angelis. Nihil ergo concludere poteris per hoc quod asseris multitudinem turbarum sequi mundi amorem, quasi per hoc amor saeculi esset diligendus et sequendus; quia bestiarum maior est multitudo, quam rationabilium hominum. Nam impetum carnis sequentium fortior est numerus membrorum in homine, quam impetum spiritus trahentium: quia sola est una ratio, cui adversantur omnia membra. Nec, quod pro inconvenienti inferre videris, scilicet de multitudine errantium aut damnatorum, qui latam huius mundi viam incedunt, nobis videtur impossibile qui et hoc evangelica testatur maiestas Math: 7. Lata et spaciosa est via quae ducit ad perditionem, et

multi sunt qui intrant per eam. Nec per hoc quod
patres sanctos veteris testamenti ad medium adducis
poteris excusare te, et tuos huius mundi sectatores
quia vetus testamentum terrena Dei cultoribus pro-
mittebat tanquam minus perfectis, et sic non cohibe-
bat animum sed solum manum; scilicet puniendo
exteriorem actum non tamen affectum. sic non pro-
mittebat aeterna sed terrena. Novum autem testa-
mentum utrumque prohibet et punit, temporaliter
quandoque et aeternaliter. ut patet Matth. 5. Audistis
quia dictum est antiquis: Non occides etc. ~~Non~~ Non
moechaberis etc. Ibi homicidium damnatur: hic
ira in corde. ibi actus adulterii: hic intuitus mulie-
ris ad concupiscendum eam, non tantum ad tangendum.
Illi tamen sancti Patres rebus terrenis et uxoribus
multo decentius et innocentius noverunt uti ex
speciali spiritus gratia quam hodie innumerabi-
les videmus: ut clarum est videre in gestis Patri-
archarum et Prophetarum. Tunc enim secundum
Augustinum contra Faustum ipsis maxime libuisset
si licuisset continenter vivere, et omnia prosequi ad
Dei voluntatem si cognovissent Deo fuisse grata, ut

& Mundi amorem

Claret in asperrimis, gravissimis durissimisque præceptis. scilicet in circumcisione dolorosa, in imma-
-latione filii Isaac, in egressu Abrahæ de terra et de cognatione sua. Et quomodo Machabæi septem fratres crudelissimam et sævissimam mortem maluerunt subire, quam carnem suillam contra legem manducare. Et in hoc etiam, quod filii Israel post egressum de captivitate Babilonica uxores alienigenas una cum filiis ad Esdræ mandatum secundum legem Dei statim a se expulerunt: ut patet in lib: Esdræ. In his et similibus efficaciter claret profecto perfectio veterum Patrum. Quæ nescio utrum aliqui invenirentur inter Christianos, qui essent horum imitatores. Præsertim cum videmus Divina mandata præteriri, etiam ubi sine difficul-
-tate possent observari. Sed forte respondes mihi: sicut illi erant possessores dignitatum, divitiarum, honorum etc. sine inhæsivo amore ad ea et sine dimi-
-nutione Divini amoris: sic ego mea possideo, quasi diceres cum Paulo et suis: in carne ambulantes non se-
-cundum carnem militamus. Ad hoc quid ego respondebo? illud utique Jacobi 2°. Ostende mihi fidem ex operibus tuis: Et hoc revera facis, si in amissione rerum, digni-

„tatum, uxorum, filiorum, et cæterorum æquani„
„miter te habeas, non tristior non impatientior,
æque charos habeas spoliatores, detractores, perse,
„cutores, non minus benefaciens eis quam prius.
Et ut dicit Paulus, si utaris hoc mundo tanquam
non utens, id est eodem modo mentem tuam tranquil,
„lam conservans in utendo, tanquam non utendo, sive
adsint sive desint temporalia, favores dignitates etc.
semper fixus in animo steteris immobiliter sicut
tetragonus sine vituperio, quocunque projicitur
lapis quadratus semper firmiter stat. Sic Paulus exē,
„plificat de habentibus uxores, ut sint tanquam non
habentes, et qui flent, tanquam non flentes sint,
et qui gaudent tanquam non gaudentes sint 1 ad Cor: 7.
pensa tu, qui amore huius perituri sæculi detine,
„ris, an tu de ~~hoc~~ te hoc vere debeas sentire. Et
ego te vere pronuntiabo parem te esse illis de quibus
argumentaris. Sed rara talis avis in terra nostra.
Revera dicit Jacobus frater Domini. Amicitia
huius mundi inimica est Dei. Quicunque igitur vo,
„luerit esse amicus sæculi inimicus Dei constitue,
„tur. Eiusdem 4. Hanc amicitiam mundanam pro,

„bant sollicitudines, animo distensiones, labores, occupationes infinitæ pro rebus terrenis et honori„bus aquirendis, et timores ne perdantur, et vigi„lantia ut custodiantur. vix aliquis alius sermo de ore egreditur, quam qui redolet ea quæ mundi sunt. Cur hoc? quia ubi thesaurus tuus ibi et cor tuum. Et ex abundantia cordis os loquitur. Conna„tum est homini libenter audire et loqui de his quæ diligit.

Amor Mundanus.

Rationibus tuis resolvis ea, quæ mihi pro defensio„ne mea comportare videbar, et ea quasi pulverem in ventum spargis. Cur ergo ea optimus rerum creator condidit sic pulchra delectabilia, utilia, amabilia in„stituit? Nullumqꝫ quod malum fuit fecit. Vidit inquit Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona. inuti„liter utiqꝫ videntur ea fecisse: si usum eorum prohi„buisset aut amorem ad ea, imo quasi escam in hamo ad hominem capiendum, cum naturaliter appetibile movet appetitum ex 3. de anima. Naturaliter etiam obiectum præsens movet potentiam, ut gustabile gustu color visum, mollities tactum, odor odoratum, imo

ex prima Creaturarum institutione ipsa sunt homi-
-nibus a Deo ad usum et ministerium deputata.
Crescite inquit et multiplicamini. Et post diluviū
omne quod movetur et vivit erit vobis in cibum.
Genes: 9. Et Paulus 1. ad Timotheum 4 dicit: Quos-
-dam in novissimis diebus a fide recedere: nubere
prohibentes, abstinere a cibis, quos Deus creavit.
Inde etiam videtur usus et amor rerum mundana-
-rum non esse vitiosus, quod tamen asserere videris
in dictis tuis

R. Amor Divinus.

Rerum pulchritudinem, ordinem, et elegantiā
tam in coelestibus, quam in terrestribus multiplici-
-ter commendamus, tanquam ab optimo opifice cre-
-atam, cum optimi sit optima operari: et omne quod
fit a sibi simili fieri habet. A mente enim Divina
cuncta in esse prodierunt tanquam ex idea. unde
nullæ res in se sunt culpabiles: sed videndum est de
earum usu seu abusu: Neqꝫ enim ideo, quia bonæ sunt
omnes Creaturæ licitum est omnibus indifferenter
uti. hoc natura docet; quia quod uni est nutrimentū
et conservativum sanitatis, alteri est sanitatis corrupti-

„vum: ut patet de veneno serpentis. Etiam de hominibus, aqua enim frigida febricitanti est nociva: quae tamen sano corpori nihil obest. Ideo et iura canonica à carnibus et lacticiniis certis diebus praecipiunt abstinere, et Religiosi sponte se duris abstinentiis et ieiuniis subiiciunt, non superstitiosam aut nocivam creaturam aestimantes: sicut illi de quibus tu obiicis de dictis Pauli: sed virtuose in augmentum meri„ „torum et remissionem peccatorum hoc agentes: sicut dicit Paulus. Castigo corpus meum, et in servitutem redigo: et alias. Exhibeamus nos metipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in ieiuniis multis etc. Nec ideo Deus creaturas fecit, ut ad solum unum usum uniformiter eas aptare deberemus: sicut aqua non solum ad potandum valet sed etiam ad lavandum, cali„ „faciendum, ad coquendum etc. Sic aurum ad deaura„ „dum, ad lepram curandam, ad laetificandum, et sic de aliis. Harum autem usus creaturarum, quis et qualis esse debeat recta ratio et scriptura non semper sola ars docet aut voluptas carnalis. harum usus uni est licitus alteri illicitus: sicut uti matrimonio, mercantiis, venationibus et caeteris secundum statum

cuiuslibet in ecclesia: et hoc secundum magis et minus. hoc in vestibus, equitaturis, ornatibus, cibis, clientelis. Neque revera tam delectabilis et appetibiles creaturæ sunt secundum esse, sicut quibusdam inflammatis cupidinis que et avaris videntur. Nam hoc apparentia delectationis magis est in æstimativa virtute hominis, quam in re ipsa: licet aliqualiter occasionem sumpsit in re, et virtus æstimativa errat, quæ de sensatis elicit non sensata, et plus iudicat de re, quam est in ipsa. Quod patet ex hoc: quia non omnibus inest tantus fervor amoris et delectationis de una eademque re; sicut homo unus castus et alter incontinens non eadem concupiscentia feruntur in affectum eiusdem mulieris. Qualis enim unusquisque est talis finis videtur eius: secundum Philosophum. Et aliter videntur res amantibus, aliter odientibus: sicut cibi aliter videntur sapere sano palato, aliter malis humoribus infecto. Neque enim tanta pretiositas inerat 30 argenteis, quibus Judas Christum vendidit, quæ movere potuit eum ad vendendum et Christo preponendum: sed solum in falsa æstimatione Judæ per operationem Sathanæ qui hoc efficere potuit per inflammationem amoris iniqui ex Dei

permissione. denique Christo iam tradito Pilato: dum spes liberandi ablata fuisset diabolus ab infestatione Judae quantum ad cupiditatem pecuniae cessavit, et vilior fuit pecunia in phantasia Judae reputata. Ideo proiecit a se 30 argenteos: et Satanas ad periculosiora arma se contra Judam convertit: scilicet ad desperationem: ideo laqueo se suspendit. Ecce suo potestati subest Deo permittente species in phantasia ~~per~~ transmutare, inflamare infrigidare. Nec mirum cum hoc simplex hominis cogitatio potest facere per fortem impressionem specierum, ut totum corpus hominis incalescat, et quandoque in tantum, ut corporalis pollutio sequatur. Ideo videmus pudicos homines fugere species mulierum omni conatu, ad quas impudicos videmus festinare. Et idem quod uni est poena alteri est gaudium. Non igitur in re est tanta pulchritudo, sicut pluribus videtur. Et tamen si in sensibus sive exterioribus, sive interioribus talis apparet pulchritudo: non tamen in vera consideratione rationis, quae veraciter iudicat secundum essentiam, non secundum apparentiam. ut, verbi gratia, sensus iudicat secundum obiectum sibi exterius praesentatum, scilicet colorem, sonum, dul-

„cedinem, mollitiem: sed ratio iudicat secundum inte„
„riorem aspectum, secundum putredinem, immun„
„ditiam, quæ multo horribilior est quam quælibet
exterior apparens pulchritudo, quam si oculus
exterior conspicere posset oculis lynceis abhorreret
exteriorem. attamen si aliqua quantulacunque ex„
„terior formositas in rebus, quæ delectationem pari„
„at momentaneam, hanc tamen Deus non propter abu„
„sum fecisse noscitur, sed propter sui ostensionem, et
manifestationem cum omnis creatura vestigium
gerat sui creatoris. Nec pes figendus est in donis a
Deo creaturis concessis, sed referendus in donatore
quasi diceret quælibet creatura: lauda, non me,
quia a me nihil habeo, sed ab eo qui me et te fecit,
hunc prædica. Nam dicitur Sapientia 13. a magnitudi„
„ne speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit horu
creator videri. Et Paulus. Invisibilia Dei per ea,
quæ facta sunt, a creatura mundi intellecta conspiciuntur.
Nullam enim creaturam Deus condidit, quæ non potest
verti in malum aut in bonum usum, secundum habi„
„tudinem utentis. Omnia enim munda mundis. Coin„
„quinatis autem et immundis nihil mundum. aut

enim in usum veniunt hominum sibi applicando
practicè: ut cibi, vestes, dignitates, divitiæ: aut
speculativè; laudando in his bonitatem creatoris,
et sic omnis creatura dicitur laudare Dominum:
quia per eam laus Dei prodicatur a rationabili crea-
tura. Si enim per argumentum a minori affirma-
tivè tanta delectatio concipitur ab aliquo opere
in creatura aliqua, quod totam rationem in homine
absorbet, et quasi in bestiam commutat: quid sentiendum
est quando tota anima hominis rapietur in abyssum
delitiarum Divinæ speculationis et torrente volupta-
tis potabitur? unde ista fœtida voluptas non a Deo
qui est caminus delitiarum abstrahere debet, sed
potius attrahere ad Deum. Utendum igitur est Crea-
tura quantacunque speciosa et amabili; non fruendum;
aut secundum naturam vivendum resecando superflua
et sola vitæ necessaria reservando: aut pro sola sua
persona, si talis est status eius, aut pro sibi coniun-
ctis: aut pro officio iniuncto, secundum rationabilem
officii exigentiam, aut ad ~~p~~ pauperum sublevationem
aut ecclesiarum ornatum, aut ad ministrorum eccle-
siarum sustentationem, aut infirmorum administrationem

hac et his similia sunt usus liciti ad utendum Cre,
„aturis. Et super hac quasi in vehiculo a Creatura,
„rum speciositate convolandum est ad Creatoris
dulcissimam sermocinationem, ad quam aspirare
debet omnis homo dicens illud canticorum. Dilectus
meus mihi et ego illi: scilicet amore ardentissimo
in hoc eo.

Amor Mundanus.

Sic videris mecum litigare, ut solum mihi usum
concedas, et omnem amorem earum a me vis
amputare, quod pene mihi videtur impossibile,
præsertim hominum qui ad Dei imaginem facti sunt,
præscribente illa sententia Christi. Diliges proximum
tuum sicut te ipsum. aliarumque rerum sine quibus
vita præsens non potest peragi, quæ si non amarentur,
non conservarentur; si non conservarentur de facili
perirent, et vita hæc fragilis sustentari non posset,
sed multa tam propriæ personæ utilia quam proximo
subtraherentur, nec ex usu earum notorie potest
cognosci amor earum, cum usus sit in palam, et
amor in occulto cordis. Et amor eorum quæ in mu,
„ndo sunt naturaliter videtur esse insertus Cordi humano

tanquam sine quo illud subsistere non possit. Nec Deus odit terrena, cum nihil odit eorum quæ fecit. Ideo nec homo debet odire ea quæ fecit Deus, et tribuit homini

Amor Divinus.

Efficacibus ut tibi videtur rationibus /: ne avel„
„laris ab amore mundi, quo immersus es :/ te circum„
„cingis. Nec mirum! hoc enim pugillibus duellanti„
„bus solet esse proprium, non solum ut non vincan„
„tur, sed etiam ut triumphali laude adversarium ex„
pugnent, titulos victoriæ reportantes. Sed revera, quanto fortius armati, si non vicerint tanto maiores contumelias sustinebunt. Vellem te partem favi gustasse suaviorem. sed quia nondum gustasti, quã suavis est Dominus: ideo videntur tibi terrena saporosa, sicut asino urtica et et carduus plus sapi„
„unt, quam candor rosarum et lilliorum. Nemo quip„
„pe potest amare, quod ignorat. dicit Hieronymus in epistola. Asino frustra lyra canit, cum saltare neque„
„at. Cui concordat Paulus. Animalis homo non percipit ea, quæ spiritus Dei sunt. stultitia enim est illi, et non potest intelligere qui spiritualiter exami„

„natur 1 ad Corinth: 2. Legitur quomodo quodam tem„
„pore quidam devotus Religiosus in cella sua audivit
quandam aviculam dulcissime canentem, quam se„
„cutus est extra claustrum ad quandam sylvam vicinā
delectatus dulcedine cantus et stetit in ea trecentos
annos sine cibo et potu. Postquam avicula canere
cessavit frater regressus ad claustrum, omnia in„
„venit mutata, nullum noscens mirabantur omnes,
et ipse putavit se eodem die egressum de claustro. post
vero recensentes historias reperarunt 300 annos
elapsos fuisse. Qui mira loquebatur, et accepto cibo
feliciter ad Deum migravit. Ecce si tu amator mun„
„di aliquid de tali ferculo gustasses, omnia tibi
in saeculo amara viderentur. Quod pro parte tui ca„
duci amoris allegas: scilicet esse impossibile amorem
posse a rebus abscindi, constat manifestissime esse
falsum per multorum sanctorum martyrum experi„
„entiam, qui parentes, dignitates, possessiones, imo et
propria corpora oderunt: secundum illud Christi. Si
quis vult post me venire abneget semet ipsum et tollat
crucem suam et sequatur me Lucae 9. Et qui amat Patrē
suum aut matrem plus quam me non est me dignus.

& Mundi Amorem

Nec proximum a dilectione excludere intendo, nisi inquantum existit impedimentum salutis in via Dei; secundum quod dicit Gregorius. Possessiones quoque et res in usum fragilis vitæ præsentis deputatæ, etiam sine intenso amore optime possunt conservari et ad naturæ necessitatem et proximi utilitatem possunt disponi cum non habeant inseparabiliter annexam dilectionem, ut patet in multis, qui ratio-nabiliter ad Dei honorem ea dispensant; sicut Zachæus qui dixit ad Christum. Ecce dimidium bonorum meorum, scilicet iuste aquisitorum, do pauperibus et si quem defraudavi reddo quadruplum. In quo du-plex utilitas temporalium rerum exprimitur: sci-licet male aquisitorum restitutio, et Eleemosynarum larum largitio. Nec dixit ei Jesus: totum tuum da pauperibus, sed concessit sibi usum medietatis bonorum suorum: sciens, ea non præferri amori Divino, quod et nos non negamus. Nec contra tales est nostra con-certatio sed contra illos, qui radicem cordis fixerunt in cupiditatibus seculi. Quos Christus appellat propriè divites Math: 19. Dives, inquit, difficile intrabit in regnum cœlorum. Ideò dico vobis, facilius est camelum

per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum Coelorum, et quod de divitibus dicit hoc etiam de potentibus, de his qui in honoribus huius seculi intumescunt. Nec divitem facit rerum copi-osa possessio, concurrente officio hoc requirente, sed cupiditatis in haesio. sicut patet de sancto Gregorio Papa, qui minus amabat omnes suas amplas divitias quam quidam pauper Eremita unum catum: sic legitur in vitas patrum. haec enim omnia sunt spinae sollici-tudinibus et curis mentem hominis transverberan-tes, et semen verbi Dei suffocantes, secundum parabolam Christi Math: 13. Unde pauper censu et dives sensu idest cupiditate, non pauper sed dives censetur. Ideo dicitur Math: 10. filioli quam difficile est confidentes in pec-cuniis in regnum Dei introire. Nec amor rerum mun-danarum naturaliter videtur insertus cordi humano, sed magis amor divinus, cum homo ad imaginem Dei sit factus, et quilibet naturaliter diligit imaginem suam sicut quodlibet simile diligit sibi simile. transitoria autem solum sunt adminicula vitae praesentis. Neque alia sunt diligenda ex charitate, nisi quae communi-cant nobiscum in participatione beatae vitae et vitae gratiae.

& Mundi Amorem

Et ista admirātur ab Augustino libro 1 de doctrina Christiana: scilicet: Deus, anima nostra, anima proximi, corpus nostrum, corpus Christi. de hoc tractatur lib: 3. sentent: distinct: 28. Est tamen differentia, quia amor est naturæ, dilectio voluntatis deliberatæ, Charitas gratiæ. Non tamen diffitendum, quin amor potest haberi, ad res aliquas necessarias huic vitæ, sed in ordine ad futuram vitam per eas consequendam. Sic quod non amentur tanquam finis, nec finis in eis constituatur, tanquam propter eas hic viveretur in præsenti. Nam si sic, tunc ~~nato~~ totaliter Deo præponerentur, et Deus eis postponeretur, et esset ille amor mortale peccatum, quia non est possibile esse duos fines ultimos. Ideo dicit Augu[illegible]: et transumptive habetur in canone distinct: 25 [illegible]. Nullum peccatum adeo veniale, quod non fit mortale dum placet. secundum glossam: quia assiduitas et contemptus vitandi facit hoc mortale. vel talis complacentia est in veniali in quantum peccatum nullo alio motivo concurrente scilicet ioco, et ponitur signum huius placentiæ, quando aliquis alicui rei etiam non prohibitæ ~~adhæ~~ tantum adhæret, ut etiam si esset prohibita nollet illam relinquere. ut in choreis quidam tantum delectantur,

et in histrionibus, et ebriosis, qui totam vitam in his ponunt: aliqui in ludicris delectantur. Si vero alias de-lectantur aut amant, et tamen fundamentum, scilicet divinam dilectionem non deserunt: illi lignum, foenum, stipulam superaedificant, idest venialia committunt per inhaesionem maiorem et minorem, quo per ignem pur-gari oportet. Cuperem tamen scire à te, quo essent tam vehementes causae, quo te tantum coegerunt, ut tam inseperabiliter te adstringerent, ne ab amore re-rum mundanarum avelli posses, cum videamus etiam immanissimas bestias a maximis delectationibus metu poenarum abstinere.

Amor Mundanus.

In patulo sunt, quae tu quaeris, ad quae pene omnis homo aspirat: dignitatum, honorum, praelaturarum sublimitas; divitiarum abundantia, ad quam insatiabilis festinat cupiditas. Corporalium delitiarum, et carnalium effrena-ta voluptas, occupationum sensualium interiorum et exteriorum sensuum refrigerativa suavitas. Annon vulgatissimum est, cernere deliciarum abundantiam in fastu honorum, dignitatum, in familiis praecedentibus, et sequentibus, in assertationibus, in laudibus, in execu-

„sationibus, in servitüs, in gratitudine, in defensio-
„nibus et propugnationibus, etiam usque ad mortem, in
vindicta sumenda de adversariis, in equitaturis, in
vestium splendoribus. In vasorum aureorum et argenteo-
„rum decoramentis, in ciborum et potorum pretiosi-
„tatibus, in epulationibus quotidianis. Taceo de carnis
illecebris, quæ sequi solent etiam sine timore, tales tam
in uxoribus quam in extraneis, cum tales nullus
audet arguere. sic de divitibus et sic de aliis, quibus
omne quod libet licere sibi putant. In libertatibus
excutientes a se omnem subiectionem potestatis supe-
„rioris: quibus nullus audet dicere, cur ita facis?
manus nostra excelsa et non Deus fecit hoc omnia.
Ideo frequentantur curiæ tam Romanorum pontificum,
quam Regum, Principum et omnium potentium pro
assequendis beneficiis et officiis ut præmissa possint
adipisci. An non videntur tibi ista tanto efficacia esse
ut vinculo indissolubili mentem hominis possint ~~ad~~
ad mundi amorem coarctare? Et quis ista non amaret?
cum maxima hominum multitudo paucis demptis tanto
conatu ea amplectitur dicentes: melius est videre quod
cupias, quam desiderare quod nescias.

De Conflictu inter Dei

Amor Divinus

Videris directe coincidere in disputationem con„
„cionatoris scilicet Salomonis Ecclesiastae secundo.
qui omnia tentare voluit, et experimentum sumere
de deliciis hominum, nihil omittendo. Magnificavi
inquit opera mea. Aedificavi mihi domos, plantavi
vineas, hortos pomeria; piscinas aquarum possedi,
servos et ancillas etc. Coacervavi mihi argentum
et aurum et substantias regum et provinciarum:
feci mihi cantores et cantatrices; supergressus sum
opibus omnes, qui ante me fuerunt in Jerusalem, et
omnia, quae desideraverunt oculi mei, non negavi eis.
et post multa talia dicit. Cumque me convertissem ad
universa opera, quae fecerant manus meae, vidi in
omnibus vanitatem et afflictionem animae. utinam
et tu tales oculos aliquando mererēris habere. Hoc
idem David in persona amatoris huius saeculi tractat.
Quorum filii sicut novellae plantationes in iuventute
sua, filiae eorum compositae sunt circumornatae sicut
similitudo templi. Non est ruina maceriae, neque transitus
neque clamor in plateis eorum. Promptuaria eorum
plena, oves eorum foetosae, boves eorum crassae, etc.

Et subdit. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt: sed falsè. Qui autem vere beati sint concludit. Beatus populus, cuius est Dominus Deus eius: quasi diceret. Illorum qui prædicta amant, Deus eorum sunt prædicta non æternus Deus: sicut Paulus dicit de talibus. Quorum Deus venter est. ut autem noveris hæc esse vana ut Ecclesiastes dicit. vanitas vanitatum et omnia vanitas, palpare potes quam celeriter ista evanescunt, et cum quanto labore aquiruntur et cum quanto dolore amittuntur. Similes sunt tales Bestiis et brutis, qui non nisi de cura corporis et præsenti vita sollicita sunt. Ideò dicit: Comparati sunt iumentis insipientibus et similes facti sunt illis. Ubi est Assuerus rex, qui gloriabatur se regnare super centum et viginti provincias, qui fecit grande convivium fortissimis Persarum principibus et Medorum centum et octaginta dierum, ut ostenderet divitias gloriæ suæ atque iactantiam potentiæ suæ. Esther 1. Ubi Alexander Rex Macedo. Ubi Octavianus Augustus, qui dixit se Romam lateritiam reperisse, et marmoream reliquisse. Ubi Nabuchodonosor Rex Babylonis qui omnem terram suo imperio voluit subiugare† Judith 1. Ecce periit memoria eorum cum sonitu

et nihil nisi memoria eorum ex libris habetur, et certum est quod in perpetuum tremant apud inferos. Justorum autem qui cœlestium fuerunt amatores memoria in æternum manet, corruscant miraculis laudibus angelicis digni prædicantur. Coetus tuus et tuorum similium ut olim impiorum et stultorū sic videtur prorumpere in verba, sicut Sapientiæ 2° describitur. Exiguum et cum tædio est tempus vitæ nostræ et non est qui reversus sit ab inferis. Et post: umbræ enim transitus est tempus nostrum. Venite ergo et fruamur bonis quæ sunt, et utamur creatura tanquam in iuventute celeriter. vino pretioso et unguento nos impleamus et non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant. ubiqꝫ relinquamus signa lætitiæ nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra: Quoniam hoc est pars nostra, hoc est sors nostra. An non contremiscis reminiscens pœnas illius damnatæ memoriæ divitis Epulonis? Lucæ 16: Qui tui similis induebatur pretiosis, et epulabatur quotidie splendidè: imo omni voluptate utebatur. Et quid sequebatur, nosti? quia sepultus est in inferno nunquam redimendus. putabat se iste semper sic futurum, non procogitans quid foret

futurum post haec, quia voluptas clauserat oculos suos sicut hodie tuos et similium tuorum. Postea autem in tormentis existens sero cognovit, et oculos apperuit et misericordiam ab Abraham postulavit, sed eam minimam obtinere non valuit, scilicet guttulam minimam de extremo digito Lazari. Tu in tuis studiis patenter ostendis, si tu illis temporibus fuisses non imparem modum vivendi frequentasses. Et ideo non imparem poenam meruisses: quam poenam, et tormenta noveris tibi restare, nisi tu ab hac vita tua recesseris et poenitentiam egeris condignam. Ubi enim par culpa, ibi aequalis poena. Experimento comprobaris si illa aetas te tenuisset vitam mendici Lazari pleni vulneribus non elegisses, sed florentis Divitis. Nunc autem partem cum Lazaro in sinu Abrahae quiescentem eligeres: sed non erit istud. sed forte diceres. Nec tunc cum Lazaro ulceroso, nec nunc cum divite in inferno sepulto habere partem volo, sed cum Zachaeo, qui et Deo placuit, qui dixit: dimidium bonorum meorum do pauperibus, reliquam partem sibi reservavit in quadruplum iniuste aquisitis restitutis. O ut omnes mundi amatores haec facerent, Deus optime staret contentus,

eius propositum bonum commendans. Sed heu cerni-
„mus hodie, qui rapta non solum non restituunt in
quadruplum, sed nec simplum: imo quadruplum iterato
iniuste aquirunt ac rapinis intendunt, ut suis vani-
„tatibus satisfaciant. Nullum enim membrum in Cor-
„pore: nullam etiam rem visibilem patiuntur esse in suo
naturali decore, sed accuratissima forma splendidiorē
reddere volunt, hoc in calceis rostratis, caligis divari-
„catis, in digitis annulatis, in crinibus tortis, in
crinalibus ~~auri~~ aurifrigiatis, in faciebus smegmate
coloratis, et unguento roseo perornatis: ut olim illa
maledicta Jezabel. Hoc in frenis, calcaribus, vasis,
cingulis, vestibus, Domibus, fenestris, aliisque suppellecti-
„libus, quæ magis oculis cernuntur quam stylo depin-
„guntur. Unde speculandum est, quæ sit mensura omniū
mortalium per quam prædicta possunt rectificari, et
a culpa exculpari. Pro quo notandum. aliter se habet
rectificatio naturalium actionum, aliter artificialiū
aliter moralium. Naturalia sic se habent, quod unifor-
„miter producant suas actiones, quantum in ipsis est,
quia secundum Philosophos: opus naturæ est opus in-
telligentiæ non errantis, quod opus progreditur a forma

essentiali intrinseca rei; ut omne leve sursum: omne grave deorsum. hoc etiam patet in arboribus seminibus. Nec possunt assuescere in oppositum. Has autem intelli-gentias dicimus angelos, quorum ministerio Deus cuncta gubernat. ut dicit August: 5 de civ: et 3 de Trinit: Illorum naturalium actiones sunt regulati-ssimae inter omnes actiones, quia natura non deficit in necessariis nec abundat in superfluis ex 3 de anima. Alia sunt opera artificialia, quorum principium est intellectus practicus, qui ex phantasiis et speciebus rerum exteriorum interius collectis artificialiter per membra exteriora fabricat res sicut dicit Philo-sophus 7 Metaphisicae. Domus a manu fit a domo ab arte in mente, sic calix, sic culter, sic gladius etc. Nec quidquam fieri potest exterius nisi prius interius fuerit conceptum, sicut constructiones propositiones. Et artificialia possunt fieri multis multis modis, sicut facere bonum calceum et malum, quia utramque speciem habet in intellectu, et voluntas libera potentia est sic vel sic faciendi. Ideo ex 6 Ethic: Ars est recta ratio factibi-lium id est rerum exteriorum. Ideo horum intellectus est mensura. Alia sunt opera moralia, de quibus pra-

„sens est speculatio, quorum mensura est recta ratio
Divinis et humanis legibus regulata; quæ opera mora,
„lia per prudentiam reguntur. In quibus virtus consistit
quæ est habitus in medietate consistens quoad nos, et
prout sapiens determinavit. Ex 2 Ethic: horum autē
moralium acctionum non potest una invariabilis ra,
„tio designari, quia non habent unum certum mediū
quo ad omnes. Nam quod uni est multum, alteri est
parum. Ideo inter superfluum et diminutum est medi,
um virtutis, et tangere est difficile, sicut centrum
in medio circuli. ut plus aut minus ieiunare, orare,
manducare, laborare, thesaurizare; sicut de usu vesti,
„mentorum, famulorum, vasorum, et omnium quæ
in usum hominum veniunt, circa quæ virtus et vi,
„tia consistunt, ut ne quid minus, ne quid nimis, quæ
non habent medium stans, sed quando, ubi, qualiter,
quoties plus minus ve oportet. ut in dando Eleemosynā
in celebratione missarum, et quia ista sunt multiplici,
„ter variabilia: ideo sunt multorum opiniones.
Iste dicit hoc esse bonum, alter dicit esse malum. Inde
fiunt vitia et virtutes. Exceptis tamen his quæ nun,
„quam bene possunt fieri, sicut adulteria, furta, homicidia.

& Mundi amorem

In usu tamen aliorum secundum aliquam considerationem possumus non improbabiliter sic sumere, pensando in usu hominum superfluitatem, curiositatem, voluptatem, necessitatem, et utilitatem, in quibus prima tria in quolibet statu hominum sunt reprehensibilia quia naturæ sunt contraria, quæ omnium est directrix, et regitur ab intelligentia non errante. Prima tria excedunt mensuram, ordinem, modum et speciem. Nam Deus omnia creavit in numero pondere et mensura. Sapien: 11. Hoc mundi amatores abiiciunt et confundunt, ultima vero duo habent quandam excusationem. Quod si sola duo ultima scilicet necessaria et utilia reservarentur, et tria prima abiicerentur, tunc videremus in quantum excederemus. Puto quod neque decima pars nobis remaneret. Status tamen diversi non possunt eadem quantitate mensurari. Nec ars aliqua potest hoc docere, sed soler viri prudentia speculatio; sed pauci eam admittunt. omnes enim sibi prudentes videri volunt, et multi quod propria concupiscentia suggerit prudentiam appellant. Nec tamen omnis abundantia excessus aut diminutio trahitur in vitium: sed quando nimium receditur a medio.

Nam hoc medium habet latitudinem quamdam, sicut si Episcopus aut Abbas aliquis uno equo plus utitur quam necesse sit, non ideo superfluus debet iudicari. Sicut in arte sagittandi, non solum ille peritus iudicatur, qui metam tangit, sed etiam ille qui propinquius mittit sagittam. Tu ergo insatiabilis cupidissimus mundi amator cuius vires et omnes appetitus inhiant ad mundana thesaurizanda, merito argui debes avaritiæ et cupiditatis, quia scriptum est de talibus. Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ et foderunt sibi cisternas, quæ continere non valent aquas. Jerem: 2. hæ sunt oblectamenta seculi, quæ brevi tempore exsiccantur, quia radicem in cœlo non habent, sed ad solis repentinum ardorem exsiccantur; quando aliquæ tentationes minutissimæ adveniunt et maxime in morte

Amor Mundanus.

Ex dictis tuis accipio, quomodo sola necessitas et utilitas animum hominis modificare habent, ut his terrenis inhæreat occupeturque in eis tantumque de eis sibi incorporare studeat, quantum hæc duo requirunt. Videmus innumerabiles rerum species

& Mundi amorem

quibus utuntur homines sine necessitate et utilitate. Et quis tot et talia sufficit explicare? In diversa vestium varietate, in coloribus, scissuris et unguentis, in dulcedine ciborum ac potuum, ac margaritis, lapidibusque pretiosis, in ornamentis omnium suppellectilium, in melodiis cantuum, et instrumentis musicalibus. In auro et argento: in Choreis, ludis, hastiludiis, in torneamentis et duellationibus, in variis gesticulationibus, et aliis secundum morem urbium et provinciarum, quae nullus reprehendit sed pene omnes sub colore vitae honestae aut commendant aut tollerant. Et si quis istis contradicere vellet, mox tota auctoritas multitudinem populi contra se incitaret, diceretque ei: Quis te iudicem constituit super nos? paternas in his leges, et iura imitamur antiqua. Nolumus sanctiores esse quam patres nostri, quos pro his non aestimamus damnatos. Nova quaedam infers auribus nostris non latuerunt procedentes nostros ea quae pertinebant ad viam salutis, et tamen sperabant se etiam per hunc modum vivendi posse consequi salutem.

De Conflictu inter Dei

Amor Divinus

O! filii hominum! Usque quo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium? Vanitas est quae fine optato fraudatur. Mendacium est quod aliud promittit quam exsolvit. In praedictis per te allegatis agnoscere vales et vanitatem, et mendacium, considerando multos qui hac via in=cesserunt et fraudati sunt fine optato: quia mun=di oblectamenta cessaverunt. Alii vero scilicet viri perfecti qui in amore Divino radicem firmave=runt, et illas vanitates contempserunt consecuti sunt fines suos, quia gloria et honore sunt coronati. ut autem tu amator mundi coecitatem tuam clara luce valeas agnoscere, ante oculos tuos adduco tibi vias erroris tui, quas si purificare possis innocentem te pronuntiaba. Quaero a te si sine vitio ardentis cupiditatis potuisti tibi ea, quae mundi sunt, thesauri=zare? Scis autem secundum apostolum, quoniam omni=um malorum radix est cupiditas. hoc autem cupiditas se potenter ostentat in quotidiana aviditate et ardentissi=mo fervore conquirendi conservandi et augmentandi ea quae mundi sunt scilicet honores divitias et dignitates.

Et Mundi amorem

Proquibus homines periculis et poenis gravissimis plerumque se exponunt. Item quaero ex te, si omnium quorum tu possessor es potes debitam reddere rationem quod nihil horum per fraudem, dolum, mendacium aut per iniustitiam aquisivisti. Rarissimum certo hoc in, „venitur, praesertim in multitudine dignitatum, et divitiarum quibus potestas est coniuncta. hi ete„ „nim saepius potestati multa, iustitiae pauca attribu„ „unt. hoc timens Tobias coecus audiens vocem balantis haedi dixit. videte ne forte furtivus sit, sed reddite eum Dominis suis Tobiae 2. Nec tales se patiuntur reprehendi. Item quaero a te, an possessa a te sine amore possedisti? ut si fuisti eis utens tanquam non utens: hoc certe non evidentius comprobatur quam in amissione eorum. Necesse est enim, ut tantus sit dolor in amissione, quantus fuit ardor in possessione, ut si mens sit aeque tran„ „quilla in utrisque, nec tristior in perditione quam fuit in possessione laetior. quid dicam de sollicitudine quotidiana quando homines tales saepe noctes du„ „cunt insomnes, et omnes sermones eorum sunt pro divitiis et honoribus, et pro nihilo ducunt omnes

labores et sudoresque et captivitates et maris pericula ut ad perituras divitias valeant pervenire. dicit autem Paulus. volo autem vos sine sollicitudine esse. scis autem quod divitiae et voluptates, et sollicitudines suffocant verbum Dei. volo etiam a te discere, si acti„one rerum mundanarum ~~differ~~ divitiarum ac digni„tatum affluentia tu tibi non propitior fuisti in splen„dore vestium, ciborum, caeterorumque omnium quae in usum tibi tradita sunt, abundantius tibi indulgens quam si illa non habuisses. Puto quod tu tibi conscius es, quod in his omnibus immoderatior fuisti, extra rationis metam te transferendo. Nec negare vales quod in affluentia divitiarum dignitatumque tibi arrisit mentis tumor, cordis elatio, exaltatio super alios confidentia in illis, et contemptus pauperum minorque confidentia in Deum, quasi columnas haberes, quibus iuvari posses, si te afflictio occuparet. Quod certe evidentissimum videre est fortuna contra„ria se offerente, tunc enim ad solum Deum habetur recursus, ut in captivitate, rapina et infirmitate dicit enim David. Qui confidunt in virtute sua et in multitudine divitiarum suarum gloriantur.

& Mundi amorem

videnturne tibi, o tu mundanorum amator: hoc abesse aut tibi non obesse in via salutis. Puto tibi con-scium te esse, quod minime absint; imo multipliciter obsunt. habes in exemplum divitem illum epulonem Luca 16. Et alterum similiter horrea sua magnificare et replere volentem: quorum primus sepultus est in inferno. secundus nocte raptus a doemone Luca 12. Indurare etiam solet hæc abundantia temporalium cor humanum, ut compassione nulla moveatur ad pauperum afflictionem in se confidens, et sibi ipsi suffi-ciens, ut patet in primo divite, qui lazero mendico et ulceribus pleno ante ianuam eius iacenti, visce-ra pietatis non aperuit. Super hæc omnia restant adhuc magis formidanda, quæ abstrahunt mundi ama-tores a Deo, et deserto creatore in hærere faciunt Cre-aturæ per amorem scilicet quo in omni peccat mortali reperiuntur, scilicet aversio ab incommutabili bono, et ad commutabile bonum conversio sive adhæsio. hic volo quod in horum contemplatione non dormites hæc duo tam in mortalibus, quam in venialibus pec-catis concurrunt, licet diversimode. Aversio tanquam formale: Conversio tanquam materiale. In his

lamen diversimode gradus collocantur secundum magis
et minus, quia maior elongatio sive aversio a Deo sive
minor non secundum actionis exterioris elongati-
-onem, sed secundum affectionem interioris ho-
-minis. Sic etiam de conversione ad commutabi-
-lia bona. Et istos gradus nemo potest deffinire
nisi homo ipse per se, et hoc pauci, quia sunt
subtilis speculationis. Nam in uno eodemque
actu unus ~~pec~~ peccat mortaliter, alter autem
venialiter aut nihil, quia Deus non solum in-
-tuetur actum, sed cordis affectum. Sicut dicit
Paulus ad Hebreos quarto. vivus est sermo
Dei et efficax, et penetrabilior omni gladio
ancipiti, et pertingens usque ad divisionem
animæ et spiritus, compagum quoque et medulla-
-rum, et discretor cogitationum et intentionum
cordis. Familiare exemplum est de marito
cognoscente uxorem suam tanquam alienam, et de
alio cognoscente ut uxorem propriam alienam, si
esset non cogniturus. Sic de dante eleemosynam pau-
-pertati vanam gloriam aut non propter Deum: ibi
actus sunt idem, sed non peccata.

& Mundi Amorem.

Amor Mundanus.

Non possum nisi reclamante conscientia diffiteri in his per te allegatis mihi multipliciter fore con-scium, et tam in aversione quam inconversione rerum. Quia si assererem me ad ea, quæ in tanta solli-citudine pertracto, non converti, minime me circa ea occuparem: ita ut pene totum tempus vitæ meæ in his pertractandis consumam, et minimum tempus Deo in spiritualibus offero; quod et alios facere conspi-cio, sed si hæc conversio cum aversione semper sunt infe-ctiva salutis animarum non mihi constat: optarem de hoc clarius edoceri.

Amor Divinus.

Si per certam et securam viam ingredi desideras nudus nudum Christum sequaris abiectis curis temporalibus, et rebus terrenis, iuxta consilium Christi. Si vis perfectus esse vade, et vende omnia quæ habes et da pauperibus, et veni sequere me. Sed forte rugata facie deiecto vultu dices, durus est hic sermo, Quis eum potest implere? Et forte cum adolescente illo multas possessiones habente hoc audiente a Chri-sto Math: 19 tristis abscedes? Et quid ad hoc respondebo?

Condemnabone te ideo? absit hoc à me. sed dico:
Qui poterit capere capiat. Consilium est enim
non praeceptum. Salubre consilium: sed non omnes
capiunt verbum hoc. sicut de continentia servanda
dicit Paulus. Ne tamen in praevaricationis noxam
omnes temporalium curam gerentes videar ducere:
de aversione et conversione ponam aliquam distin-
ctionem. Nam duplex est conversio animae ad bo-
num commutabile. una totalis qua finis amoris
in creatura constituitur contempto creatore.
alia non totalis, qua amor in creatura ut in fine
non ponitur, sed ad illud extenditur. prima est
mortalis quia non potest ordinari affectus tota-
liter ad duos ultimos fines. Secunda est venialis.
Exemplum ponitur: sicut animal movetur de
loco ad locum se ab uno loco separando, motu pro-
gressivo recedendo. In primo nanque a Deo averti-
tur dorsum ad Deum vertendo. Ideo dicitur proie-
cistis me post tergum vestrum, et hoc fit contra
Divinum mandatum, quia mandatum est recta via
tendendi ad Deum. Ideo mandati transgressor tota-
liter avertitur a Deo. veniale autem non fit contra

& Mundi amorem

Dei mandatum sed præter. Ideo in veniali fit quædam retardatio aut incurvatio. Nec est ibi desertio totalis finis, sed circumstantiæ bonæ omissio circa actum. Quomodo autem hæc totalis aut partialis aversio, et con-versio agnosci potest sic habet videri. Videmus quos-dam homines sic ardenter affici circa ludos, Choreas, potationes, symphonias, commessationes, divitias vestes, honores, adulationes et circa incontinentiam propriarum Coniugum qui sic sunt dispositi interi-us, quod si etiam ista essent prohibita a Deo, ipsi non po-ssunt abstinere. Et sic dicit Hieronymus. ardens ama-tor coniugis, ~~est~~ adulter est. Sic simili modo de omnibus rebus possessis potest amator huius mundi se speculari et seipsum informare, an totaliter a Deo avertitur aut partialiter. Et sic dicit Augustinus. Nullum adeo ve-niale, quin fiat mortale, dum placet. scilicet subra-tione peccati aut placentia supra Deum aut assidui-tate aut ex contemptu, aut dum in eo finis constitui-tur ultimatus. Sed pauci forte sunt qui istam aversio-nem et conversionem interiorem examinare studēt, sed secundum communem vivendi modum hominum vix exteriora considerant æstimantes omnia licita,

quo communis hominum antiquata consuetudo in„ „duxit: sed non est ita. Unde error phantasiæ huma„ „næ sic se apud imperitos habet, ut ex multitudine peccantium parvitatem æstimant peccatorum, et ex assiduitate peccandi vilescant, et non reputantur peccata: sicut sodomitæ tali modo pro lege habebant gra„ „vissima peccata scilicet contra naturam. Sic de cultura Idolorum in veteri lege. Dicit enim Ber„ „nardus. ubi omnes sordent unius sordes minus sentiuntur. Sic simili modo de hominibus virtu„ „osis, ubi multitudo cernitur virtuosorum et per„ „fectorum ibi minus habentur in reverentia. Nam si tempore Joannis Baptistæ plures fuissent Eremi cultores fama Joannis non tanta fuisset. unde nec multitudo peccantium diminuit peccata nec numerus perfectorum derogat sanctitati; imo auget eam. Quanto enim minus consequentur laudis humanæ apud homines, tanto magis pro„ „ficiunt in merito apud Deum, quia non recipi„ „unt in præsenti mercedem sicut illi de quibus dici„ „tur. Receperunt mercedem suam: ut sunt hypocritæ Math: 6. Ex præmissis potes advertere, quam falli„

,bilia et incerta sunt iudicia hominum, quæ sola exteriora considerant, sed radicem et medullā intentionum non perpendunt, etiam forte nec in seipsis quanto minus in aliis: cum nemo scit quid agatur in homine occulte. Fatuæ quippe virgines lampades habent sicut prudentes, scili„ „cet paria opera exteriora: sed defectus olei, id est testimonium conscientiæ de lætitia spirituali; qua soli Deo placere cupiunt, eos a prudentibus di„ „scernit

Enumerationes Vitiorum, Quæ Amatores Huius Mundi Sequuntur.

Non piget ad medium adducere aliqua reprehen„ „sibilia, quæ a paucis vitantur, qui in istis munda„ „nis atterunt studia sua quotidiana. Si forte aliqui de his ad corredeant ac resipiscant. Secu„ „dum Aristotelem: sicut infinitis modis potest fieri recessus a medio centro circuli, sic infinitis mo„ „dis potest fieri declinatio a medio virtutis. Si consideramus omnem statum hominum, inveni„ „mus in eo aliquam obliquationem, cum secundum

scripturam: Sensus et cogitatio prona sunt ad malum ab adolescentia (infantia) sua Genes: 8. Est enim homo natura-liter excellentis ingenuitatis: Ideo ardua appetit, pulchra amplectitur, voluptates quærit, aspera fugit, sibi ipsi blanditur, defectus metuit, habundare semper concupiscit. Ideo secundum carnis desideria incedit. Et licet ratio ad optima deprecatur, tamen caro con-cupiscit adversus spiritum, et nisi gratia Dei assistat ratio mox vincitur a carne propter corruptionem car-nis. Inde videmus in hominibus ambitionem hono-rum et dignitatum etiam per illicita media con-quiri, per preces, per servitia, per munera a manu, per consanguinitatis et affinitatis lineam. Ideo mi-nus idoneos et indignos cogimur videri ad beneficia promoveri etiam per symoniacam pravitatem. Inde plangimus in plerisque locis concubinaturam cleri, et incontinentiam in sacris ordinibus consti-tutorum, quo nulla tergiversatione potest excusari. videmus enim quandoque quot casus in nomine, tot geni-tivos in presbytero homine. Quis dubitat quod mille modis ad benficia ecclesiastica per exorbitantes gratias permutationes investituras, collationes, præsentationes

promissiones, et alia media illicita fit ingressus.
Ad quod sequuntur pompæ multiplices, nepotum, con-
-sanguineorum et amicorum locupletationes, nuptia-
-rum copulationes de patrimonio Crucifixi. Et quod
in pauperum usum exponi deberent, superbia et fastus
absumit. Et quid dico de pluralitate ecclesiasticorum
beneficiorum, saltem de non habentibus iustam
dispensationis causam. Non improbo dispensationem
legitimam, sed dissipationem inutilem: offeruntur
sæpenumero ut timeo non causæ ut causæ. Protendi-
-tur necessitas et utilitas defensionis et pacis eccle-
-siarum. Unde sæpe sequitur destructio earum. Offe-
-runtur preces et fit narratio per suasibilis et subti-
-lis per potentes, quibus difficile negare potest, ut
ostium patere possit potentibus pro minorennibus
ignaris et idiotis. Quid inde boni spei sequi valet? quili-
-bet considerare potest, nisi Ecclesiarum spoliationes
et rerum alienationes, ac consanguineorum locuple-
-tationes &c. Thesaurizatio fit peccuniarum, et quod con-
-sumi præ nimietate non possunt sub colore testamenti
post mortem committur ad erigendum beneficia ecclesia-
-stica, altaria vicarias, ut saltem memoria testa-

„mentorum habeatur: utinam non pro vana gloria.
Quam utilius in vita fieret eleemosina viva, quam
post mortem mortua? quando ulterius possideri non
non valet. liquet profecto si posset diutius possideri
minime ea resignaret. Non adest ibi bona voluntas
resignandi, sed necessitas. Sed utrum excusabilis
est ista thesaurizatio amplissima, ut post de ea con„
dantur testamenta: videant oculi Theologorum. Quorum
unus Episcopus alteri scripsit Episcopo. Habentes
alimenta, et quibus tegamur his contenti simus.
Paulus ad Thimotheum 6. Ego in sensu meo tardiori se„
„curiorem illum iudico, qui legem Apostolicam im„
„mediate dictam conservat, Non thesaurizans in futu„
„ris temporibus sub spe cuiuscunque condendi testa„
„menti, saltem de censibus Ecclesiasticis: secus de
bonis patrimonialibus. Occupat enim multa de qui„
„bus alii forte magis idonei pauperes possent susten„
„tari, quo per eum pompose dilapidantur. videant
isti quomodo Deo de his rationem reddant, licet
defensionem habere possunt in ecclesia militante.
Sanctissimus Levita Laurentius iustius putavit
Thesaurum ecclesiæ a S. Sixto papa sibi comissum

pauperibus erogandum, quam ad beneficia ecclesiasti-
-ca dotando exponendum, licet tunc alia ratio aliter
exposcebat quam nunc. Nam latissime ubique sunt
beneficia erecta, sed membra Christi scilicet pauperes
ex quibus civitas coelestis Jerusalem construenda est
sub gravi laborant penuriæ incommodo. Et si istis im-
-penderentur remanentes Thesauri, aut tempore vitæ
darentur, non esset memoria apud sequentes, et sic
fama et gloria aboleretur donatorum. hoc forte à
talibus timentur. David dicit. dispersit dedit paupe-
-ribus: et quid sequitur post: justitia eius manet
in saeculum saeculi. Non dicit memoria eius apud
homines manet. Nam hoc quaerenda non est: sed mer-
-cedem evacuat. Justitia autem eius apud Deum
manet. Salvis tamen aliis qui sincera conscientia
et recta ratione exigentibus eorum statibus, et me-
-ritis altiori dignitate secundum iuris dispositionem
meruerint honorari. Quis item etiam si linguis lo-
-queretur et angelorum, valebit principum et tyran-
-norum et huius saeculi potentium Tyrannides,
rapinas, violentias, ambitiones, cupiditates, fastus,
iniustitias, iniquas sententias, pauperum oppressiones,

personarum acceptiones, ac munerum extorsiones in iudiciis ennarare. Quis vulgi et communis plebis scilicet mercantium, fraudes, mendacia, iuramenta civium seditiones, rusticorum invidias, fallacias artificum, mulierum indecentias, servitorum in„ „solentias, commessationes, potationes, lites adulatio„ „nes, detractiones, susurrationes valet explicare? Quid creditur de claustralibus, quorum defectus quia secreti sunt propter honorem sacræ religionis decrevi silentio præterire

Amor Mundanus.

Post aliqualem explicationem de aversione, et conversione, et vitiorum in multis hominibus enu„ „meratione, fateor, valde contremisco, videns maxi„ „mam hominum multitudinem per devia erroris incedentem, et nisi fallar mundi semitas et carna„ „lia desideria totis amplectentem viribus. Et si om„ „nes tales damnationi traditos definiri deberent non fieret salva omnis caro. Cum igitur nullo pacto occupationes et sollicitudines circa temporalia in conversatione humana totaliter amputari valeant. Nec tanta numerositas hominum secularium in his

conversantium credatur damnationi obnoxia; restat, ut detur modus quo hæc salva charitate sine qua nullum meritum existere potest, valeant exer-ceri cum non dubitem multos esse gradus charitatis nec occupationes circa temporalia totam semper puto extinguere charitatem. Patet hoc in sanctis Regibus novi et veteris testamenti: David, Ezechia, Josia, et mo-dernis, qui non creduntur abesse in ecclesia et Roma-nis pontificibus gregorio, Ambrosio, Augustino, Blasio etc. Neque enim Sanctissimus Joannes Baptista in doctrina sua, quam militibus quærentibus, quid facerent ut salvi fierent consuluit, ut militiæ renuntiarent. Lucæ 3. Sicut nec Paulus præcepit divitibus huius sæculi, ut divitias abiicerent, sed ut in eis non sperarent 1. Timoth: ultimo. Di-vitiæ enim secundum Ambros: quibusdam censen-tur adiumenta virtutum. Ideo Christus dicit: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos re-cipiant in æterna tabernacula. Ideo divites videntur habere quandam prærogativam post mortem super pauperes etiam omnia propter Deum relinquentes. Nam multæ eleemosinæ, celebrationes missarum,


conditiones testamentorum, erectiones beneficiorũ ecclesiasticorum, hospitaliorum, leprosariorum et monasteriorum dotationes, videmus a Divitibꝫ procedere, quæ a pauperibus non fiunt. Sic Legimus de S. Augustino quod nullum condidit testamentũ, quia pauper unde conderet non habebat. e contra de S: Gregorio, qui plura erexit monasteria et dota-vit in urbe romana et in Sicilia de proprio patri-monio. Quis igitur inter tales pinguioris videtur tibi fuisse fortunæ? amputatis enim divitiis hæc omnia cessassent et Laus Dei et Divinus honor in Ec-clesia multum esset diminutus.

Amor Divinus.

O astute mundi amator, quantis te circumcin-gis Divinis et humanis rationibus et exemplis, et sophisticatis coloribus ne avellaris a desidera-tis mundanis concupiscentiis quibus existis im-mersus? et ne in palam prodire possit quod intus la-tet sub specie incrementi spiritualis lucri obumbra-re conaris illecebram ‡ cupiditatis? Sic pharisæi et sacerdotes iudæorum sub colore Divini honoris et sacrificii templi obumbrabant suam avaritiam in

templo Dei ementes et vendentes oves, boves, et columbas Math: 21 et Joan: 2. Sic Rex Saul meliora peccora in cede amalec sibi reservavit, qui cum secundum praeceptum Dei omnia debuit occidere, sed sub colore victimarum Deo offerendarum reservavit, pallians in hoc suam avaritiam. 1 Reg: 15. Sic Diabolus sub specie serpentis Evam decepit, ut contra Dei mandatum de cibo vetito manducaret daretque viro suo. Attamen ne veritati videar contradicere, quam sic tenemur defendere et ei assentire ut cum vitiis nullo pacto blandiamur. In tuis propositionibus aliqua vera adducis de testimonio Evangelico et exemplis sanctorum, quibus reniti nullus debet: sed sepius latet anguis in herba, ut lateat verum fel sub falso melle. Sic sepe paralogizantur sub cortice qui medullam speculari non valet ut aurum appareat quod revera est auri calcum, illis praecipue qui à longe respiciunt: ex 1 Elenchorum. Et quis istas fallacias omnes deprehendere valet, tanquam vulpes parvulos qui vineas demoliuntur, quas capi iubet sponsus in canticis canticorum 2. adducis probationes ostensivas et ad impossibile, si temporalium

fieret renuntiatio generalis Divini cultus mag-
„na fieret diminutio in ecclesia. Et laudis præco-
„nio attolluntur hi qui cum ipsorum abundantia
pauperum egestatibus subvenerunt, et ecclesias
dotaverunt etc. sicut tu adducis. Similiter quod di-
vites prorogativas assequuntur post mortem in suffra-
„giis animarum quibus pauperes defraudantur etc.
Qui B. Hieronymi Epistolas ad Jovinianum, ad Vigi-
„lantium ad Paulinum, et alias legerunt, copiosi-
„ssima inveniunt responsa: quæ hic causa brevitatis
pertranseo. Possem tamen unico Solo Evangelicæ
veritatis dicto has omnes obiectiones exsiccare.
Omnis qui reliquerit Domum vel fratres aut soro-
„res etc. propter nomen meum Centuplum accipiet,



De Statibus Mundi

RECumbens olim super dulcissimum pectus JESU in coena eius discipulus ille, quem diligebat Jesus, postea rele-gatus exilio Domini revelatione in spiritu vidit mulierem sedentem super bestiam monstruosam: non minus autem detesta-bilis erat et mulier ipsa. Quibus visis discipulus ille admira-tus est admiratione maxima: Cui miranti Angelus visionem exponere dignatus est eidem. de hoc Apocal: 17. Ad cuius simi-litudinem, si non identitatem, nos quoque nostris temporibus, istius inquam execrabilis schismatis (quibusque quod tempora praeterita ignoraverunt) confusa sunt principalissima eccle-siae membra tam in scientia quam in potentia duobus oppositis generalibus Ecclesiae consiliis concurrentibus: simulque duobus se gerentibus pro summis Pontificibus, non minus ad-mirari possemus tanquam monstruosum erectum in ecclesia negotium invicem corrixantibus, blasphemantibus que mutuo quasi praescripta bestia plena nominibus blasphemiae.

De Statibus.

Et quis rogo, non dico miretur, sed etiam non acerrime lugeat de tam luctuoso monstro; imo omni monstro deformiori portento? revera qui non plangit aut coecus est, aut ~~malevolus~~ non ~~eo~~ videns animarum pericula hic emergentia: aut si videt,
1 Cor: 13 gaudet super iniquitate nec proprium periculum veretur.
Cum igitur tam insolitum sit hoc negotium, quod nusquam nisi fallor, a creatione mundi usque ad nostra tempora similia lecta sunt reperta; non est putandum otiosum fieri, quod tam inauditum constat esse factum, et tanto tempore durare cernitur, ut adhuc non est prospicuum quando finem sortietur; sed partibus hinc inde ~~litigantibus~~ se fortificantibus per assistentiam tam potentum huius saeculi quam et sapientum vulnus magis augeri cernitur quam sanari. Expedire igitur videtur, ut salva fide de qualitate istorum temporum, liceat vel grosso modo speculari, non dico demonstrative quasi ex primis veris necessariis causisque conclusionibus: sed modo Dialectico ex probabilibus iconibus atque signis: quae sic esse aut non esse possint, magis tamen ad unam partem contradictionis se inclinantibus, non proscribendo evidentius et sanius sentientibus. Ablatus est enim spiritus prophetiae, miraculorumque operationes de terra, solis scripturis remanentibus, quas diversi diversis modis aut passionibus cupidita-

„tis aut ignorantiâ aut qualicunque affectione perun[c]ti ad sen„
„sum suum retorquent: ut sapientibus sapientes contrariari
videantur etiam in Materia ubi non sine periculo error in„
„cidere potest. Unde mihi videtur, quod nunquam legerim,
veritatem tam obscuram fuisse, et tot habuisse, et tantos
adversarios, sicut hodie est videre. Quanto enim magis per„
„spicui viri de aliqua materia inter se contrarij fuerint tan„
„to obscurior necesse est ut apud alios veritas concludatur.
Hoc inquam expedit speculari in finem illum, ut lector agnosce„
„re valeat, qua via incedere expediat hoc periculoso tempore:
quomodoque vitam suam reponere habeant in statu, qui inter cæ„
„teros videtur esse tutior his novissimis temporibus in quibus
tanta mala excreverunt

Capitulum. I

De Culpis & Poenis a Creatione Mundi usque ad Abrahami tempora.

Et ne sine fundamento videar subscripta ædificare:
præbeat mihi fundamentum ille sapiens Architectus
Paulus, qui ad Romanos scribens ait: Quocunque scripta Rom: 15
sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Et similiter ad
Corinth: Ubi enumeratis peccatis hebræorum et poenis eo„
„dem secutis ait. Hæc omnia in figura contingebant illis: 1. Cor: 10

scripta sunt autem ad correctionem nostram: in quos fines saeculorum devenerunt. 1 ad Corinth: 10. Super quo Augustinus. Omnia quae prioribus Patribus praeostensa sunt, figuraliter, nobis, in quos fines saeculorum devenerunt exhibita sunt rea-liter, tantum distantia ab invicem, quantum lux à tenebris, splendor ab umbra, veritas a figura. Neqe hoc intelligendum est solum quo ad sacramenta et praecepta ceremonialia aut iudicialia veteris legis, sed etiam quo ad moralia Dei prae-cepta, quae eadem sunt et fuerunt omni tempore; scilicet naturae, scripto legis, et gratiae, quo ad remunerationem, punitione et gratiae consecutionem; licet secundum varias conditiones, scilicet quo ad sci-entiam, ignorantiam, contemptum, aetates, et inclinationes, ceterasque circumstantias, variatas credendum est ~~ad ipsa~~ fuisse poenas inflictas sive opprimationes. uti patet in Saule et Jona propheta, quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugna-re et quasi scelus idolatriae nolle aquiescere 1. Reg: 15. Iste

NB vero Jonas ex spiritu non ignorans ex poenitentia gentium et earum conversione sumere occasionem abiectionis Israeliti-ci populi, quasi ex compassione suae plebis ~~di~~stulit praedica-re Ninivitis: secundum explanationem Hieronymi. Sic diversis temporibus diversimodè reperimus punita fuisse scelera salva profunditate sententiarum scientiae et sapientiae

Mundi

Dei, justitiæ et pietatis suæ, quas meticulosa humana coecitas discutere non valet. Dicit enim David: Quis novit potestatem iræ tuæ, et ~~et~~ præ timore tuo iram tuam dinumerare? sic igitur metienda sunt tempora secundum quandam proportionem, quantum ad contingentia post Christi adventum quoad culparum punitionem, et remissionem ac propitiationem: cæteris tamen paribus; cum non habeamus aliam manuductionem ad enucleandum causas, cur modo sic tempora disponantur, modo aliter? Psl: 89

Sicut enim rota erat in rota secundum visionem Ezechielis, sic in veteri testamento erat figura novi secundum Gregorium. Ezech: 1.

sicut igitur a creatione mundi usque ad salvatoris adventum nunquam defuit tempus in quo non erant veri ac unius Dei cultores ad vitam æternam præordinati: sic ab adventu salvatoris minime credendum est defecturos ad coelestem illam Jerusalem, quæ sursum est, pertinentes Christo ante suam ascensionem pollicente. Ecce vobiscum sum usque ad consumationem mundi. Matth: 24

Neque solos intelligit apostolos, cum ipsi non semper in mundo erant victuri: sed omnes Electos. Quantum tamen ex omni scriptura sacra constare poterit: uno tempore numerosior erat multitudo credentium quam alio. Quis enim dubitare habet quod tempore gratiæ spiritus S. copiosiori infusione dignatus est corda fidelium illustrare quam tempore legis veteris

edito? et tunc cumulatius quam tempore legis naturæ? tam propter ostensionem abundantiæ Divinæ misericordiæ, quæ per temporis successionem debuit clarius refulgere: quam propter capacitatem recipientium, quorum receptacula purio-ri erant lumine resplendentia. Datur enim gratia unicuique secundum propriam virtutem, eadem infundente, quæ et disponente. Quod et si recensere placet distinctius, reperimus ab exordio post primum protoplastum Adam (: quem et de originali per secundum Adam expiatum credimus, sicut et omnem posterita-tem suam: et de actuali culpa poenitentiam egisse non diffi-temur.) Prolem eius Abel, justum pronuntiasse scripturam scimus, Et post illum alterum filium Adæ, Seth, Enos, qui coepit invocare nomen Domini. sic progressive per Noe ad Abraham, à quo clarior coepit Dei notitia per angelica ora-cula, et Divina mandata, et sacrificia apertiora. Neque tamen temere asserendum est in tanta paucitate credentium numerum arctatum fuisse, ut nulli alii ante Abraham pene ad duo millia annorum aut post eum fidem recepissent, nisi hi de quibus scriptura explicitè pronuntiat: sed pie creden-dum est: Divinam benignitatem multis aliis fidem inspirasse: ut patet in amicis Job, qui quanto fidei erant eorum dicta testantur. Elias ille sanctus se solum putavit unius Dei

Cultorem: cum dictum est illi. reliqui mihi septem millia Rom: 11
virorum quorum genua non sunt curvata ante Baal. Series
autem scripturæ in genesi et in aliis locis, tendit oculum ad
narrationem generationis salvatoris, et Divinæ legis obmo-
-rum correctionem, et ad fidei corroborationem: quæ generatio
salvatoris ab Adam usqs ad Christum, nisi fallor, usqs ad 75
personas se extendit, ut Evangelium lucæ clarè testatur.
Propagatio fidei, licèt ante Abrahæ tempora non in una proge-
-nie arctata fuisse creditur: sed quibuscunqs spiritus sanctus
inspirare dignatus fuit, fidem habuerunt; tamen a tempore
Abrahæ, qui ab idolorum cultura est vocatus, fides in una
determinata progenie fuit augmentata usqs ad Christum:
Quia solus notus in Judæa Deus. Cæteræ autem gentes in maiori Psl: 75:
saltem numero in cultura Idolorum perstiterunt: iuxta illud
Pauli in actibus Apostolorum. In præteritis generationibus Act: 14
dimisit omnes gentes ingredi vias suas: secundum Augustinu:
ut in Idololatria simulachrorum perirent. Non tamen ob id
agentibus vindicta Dei cessavit: licet vocati non erant, nec
legem acceperant; sed manum Dei senserunt tam in diluvio,
quam in sodomitis, et posteris temporibus iniquitates gentiu
iustam Dei vindictam sunt expertæ. Quæ enim sine lege pec-
-caverunt, sine lege perierunt: lege autem dico scripta. Nam Rom: 2.

nulla gens sine lege naturali unquam aut vixit aut pec-
-cavit: ut testatur Apost: ad Rom: 2. Et in consequentibus
non a Deo immediate; sed eo iubente una gens alterius iniqui-
-tatem vindicavit. Recensenti historias prophetarum, et
eorum temporibus contingentia, clare occurrit, quomodo una
gens aliam gentem ordinatione Divina pro sceleribus ipso-
-rum vindicavit. Egyptii urbes per Nabuchodonosor, et per
caldeos. Caldei per Cyrum et Darium medorum reges. As-
-syrii semel per caldeos et altera vice per Astragem Regem
svicti sunt Medorum, tempore Josiæ Regis Juda, in qua Assyria Ninive
erat Metropolis prout testatur Hieronymus super Jona.
Et Tobias prophetavit de interitu Ninive. Macedo Alexan-
-der vicit Darium Regem Medorum atque Persarum. ut testa-
-tur principium libri Machabæorum. Et sic de cæteris revol-
-venti scripturas clarescit: quomodo non solum Hebræi affli-
-gebantur a Deo per varias plagas; sed etiam gentium pecca-
-ta sunt punita, inchoantes ita in præsenti vita poenas, quas in
perpetuum sentiunt duraturas. Ad præsens tamen nihil
nobis curæ est de his, quæ foris sunt iudicare; proposito tamen
arrepto nostro hoc dicendum est; quantum elicere possumus
ex auctoritate sacræ scripturæ: graviores poenæ sequebantur
graviores culpas, dato diuturniore tempore ad poenitendum

ante pœnarum inflictionem, Divina clementia hoc disponente, et iustitia exigente. Testatur hoc pœna diluvii in tertio millenario post mundi creationem tempore Noe præcedentibus ter quadraginta annis quibus fabricata fuit archa, id est centum viginti annis Genes: 6. audientibus cunctis populis per organum iusti Noe, quod Deus intendebat mundum delere propter peccata. Ecce prolixum tempus pœnitentiæ triplicatis quadraginta annis, qui numerus 40 annorum est consecratus. Sic de peccatis Sodomorum, cum clamor eorum ascenderat coram Domino, quos Deus diutissimè sustinuit, donec peccata eorum complerentur quæ puniri iustum erat tam inauditis et formidabilibus pœnis, non tamen sine pronuntiatione iusti Loth fratris Abrahæ, id est, nepotis, inter ipsos sceleratos habitantis longo tempore et eos admonentis vice Dei et voce prophetica, ut tangitur geneseos 19. et 2a Petri 2. in exemplum inquit eorum qui impiè acturi sunt. Filii etiam Israel, quoad decem tribus à tempore Jeroboam filii Naboth post Salomonem, adorantes vitulos aureos, quos idem Jeroboam in Samaria et in Bethel fecerat, expectati sunt ad pœnitentiam, ad quam agendam per diversos sanctos prophetas sunt commoniti, antequam in captivitatem traditi sunt ab Assyriis sub Salmanasser Rege, de qua captivitate usque ad ista tempora non sunt liberati: quorum tam longam captivitatem

longa praecessere tempora poenitentiae et commonitionis,
videlicet secundum Hieronymum ducenti et quinquaginta an,
,ni ab eodem impiissimo Jeroboam usque ad tempora Osee Regis
Israel anno regni eius nono: ut scribitur 4 Reg. 17. Sic duae
tribus reliquae, scilicet Juda et Beniamin similiter post priorum
captivitatem ad idololatriae crimen conversae, diutius sunt
exspectatae usque ad tempora Sedeciae Regis Judae. Cuius tempo,
,re Nabuchodonosor Rex Babyloniae per septuaginta annos
traduxit in Babylonem, donec periret hoc genus sceleratorum,
qui idola coluerunt: et surgentibus filiis eorum paterna
scelera tempus diuturnum tolleret a memoria filiorum. Sic
recensendo veritatis historias nunquam dabitur instantia,
quin post longiora flagitia acerbiora secuta sunt supplicia,
non sine Dei patientia ad poenitentiam criminosos exspectan,
,tis. Hinc etiam post immanissimum facinus Judaeorum
de Christi occisione, post suam ascensionem, dati sunt 40
anni pro poenitentia usque ad tempora Titi et Vespasiani.
Quibus poenitere renuentibus, plaga praesens dispersionis
Judaeorum in omnem ventum destructo templo, et servituti,
,bus eis subiectis iam per mille quadringentos quadraginta
sex annos duravit, et usque ad finem mundi eorum poena continu,
,abitur: donec plenitudo gentium a Deo praeordinatarum subintra,

-bit: et tunc omnis Israel salvus fieret. et fiet unum ovile et unus Pastor: completa illa sententia contra eos prolata; relinquetur vobis domus vestra deserta. Et adhuc antea opor-tet impleri hanc comminationem Christi. Ego veni in nomine Patris mei et non me suscepistis. Alter veniet in nomine suo et illum recipietis. Et nisi fallor, filius perditionis ipse erit, qui revelandus erit in suo tempore praefinito à Deo: cum abun-daverit iniquitas et refriguerit charitas multorum. Et utinam non iam mysterium operaretur iniquitatis: Quod dudum Aposto-lus Paulus praedixerat 2 ad Thessal: 2.

Capitulum. II.

De Statu Temporum ab Abraham usque ad Christum.

Speculantes rursus statum hominum credentium a tempore vocationis Abrahae de cognatione sua ad terram Chanaan, quam sua posteritas acceptura erat in repromissione, intelligi-mus Deum solidissimas petras locasse in fundamento fidei: super quas ecclesiam credentium erat fundaturus. Quod fun-damentum tensionibus tentationum diversimode probavit in Abraham, Isaac, Jacob, Joseph et caeteris quos tentavit, Primo Abraham in immolatione Isaac, in circumcisionis sacra-mento, in peregrinationibus, fame, adversitatibus asperis inter

incircumcisos; qui nullis poterant concuti tentamentis, ut à cultura veri Dei recenter cogniti averterentur: In qua fide constanter steterunt viventibus istis sanctis Patribus usque ad tempora Joseph et duodecim Patriarcharum, qui vestigia Patrum secuti sunt credendo absque permixtione Idolatriæ usque ad ingressum terræ Ægypti; et longo tempore etiam in ipsa terra Ægypti: licet legamus filios Patriarcharum etiam in Ægypto consistentes ad Idololatriam esse conversos à cultura unius Dei quem eorum Patres rite coluerunt. Cuius veritatem si quis scire desiderat, legat Cap: 20 in Ezechiele. Et explanationem Hieronymi ibidem. Procedente vero tempore, tempore Moysi, qui eos de

~~[illegible]~~ Ægypto eduxerat ~~in desertum~~ in desertum, in quo per 40 annos morati erant. Lege Divina in monte Sinaï accepta pauco tempore steterunt in fide, sed facto conflatili prout coluerant in Ægypto, et coli ab Ægyptiis viderant ipsum adoraverunt, ~~subita~~ secuta Divina vindicta ut Exodi testatur historia. Quo Moyse vivente et cum eis ingrediente post visam magnificam manum in Ægypto, Pharaone, et in mari rubro, et in deserto: gens prava atque perversa semper degeneravit à legibus paternis ~~in variis~~ Deuteronomii, Josue, et Judicum creberrima indicant historia: semperque in deterius duriori cervice convertebantur, usque ad tempora Samuelis.

ut varia

<u>Incrassatus est</u>, inquit, <u>dilectus et recalcitravit: incrassatus,</u>

impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem suum, et recessit à Deo salutari suo. Usque ad Samuelem Prophetam ducibus, sacerdotibus et lege Divina Regebatur Israel: quo tempore duces commutabantur in Reges. suscitavitque Deus suos servos Prophetas, qui re Divina compresserunt populi peccata, quique divinam voluntatem, quam legere nolebant in apicibus mortuis, ipsam viva voce eis inculcabant. Solet enim fortius imprimi vivo vocis actus: licet prius ante datam legem et post per oracula Angelica instruebantur. Sicque tam legem habentes quam + ~~Leges~~ Reges et Prophetas non minus se criminibus implicabant: licet sub virtuosis Regibus scilicet David, Ezechia, et Josia eorum ausus comprimebantur. Insuper peccatum peccato accumulantes, non solum audire dedignabantur prophetas, sed etiam abiicientes eos quosdam occiderunt Christo teste Math. 23. Ecce ego mitto ad vos Prophetas, sapientes et scribas, et ex illis occidetis et crucifigetis etc. Quam culpam priores patres eorum, ~~licet tamen~~ non leguntur fecisse: sicque Idolatrantes in excelsis, in collibus et prophanis eorum, templum Domini deserentes, et sanctorum prophetarum oracula contemnentes usque ad captivitatem Babylonicam per multa centenaria annorum ad poenitentiam exspectabantur. In quibus temporibus Jeremias in utero sanctificatus in Judaea, et Ezechiel in Babylonia prophetaverunt

quorum quemlibet gens perversissima crudeli morte pere-
-merunt. Noluit tamen piissimus Deus totam posteritatem duarum
prædictarum tribuum a facie sua abiicere, sicut fecit decem tribu-
-bubus, Quia ex una earum, Juda, filius Dei erat incarnandus;
sed per multas afflictiones eas erudire curavit; donec huma-
-nitatis formam ex ea sumpsisset et pro et ab eis crucis pœnam
sustinuisset, in quo ipsi in profundum peccatorum absorbeban-
-tur nescientes ipsum salvatorem ad eos missum. Inde et postea
graviorem pœnam et diuturniorem captivitatem experti
sunt, et quotidie experiuntur quam Patres eorum atque fratres,
pulsique Patriâ exules vagi et profugi dispersi sunt in omnem
terram. Post Egressum itaque duarum tribuum a captivita-
-te Babylonica tempore Zorobabel duce de tribu Juda, tempore
Esdræ, Aggæô, Zachariâ et Malachiâ prophetantibus templum
Dei in Jerusalem rursum est ædificatum in angustia temporum.
Qui tres Prophetæ inter Prophetas ultimi prophetarunt. Necul-
-tra post eos legimus Prophetas usque ad Joannem Baptistam
ultra quadringentos annos secundum prophetiam Danielis.
Et merito: qui prius Angelorum monita contempserant, postea
Prophetas occiderunt, iam nec angelos nec prophetas habere
meruerunt. sed in sola Dei lege et scriptis occisorum prophe-
-tarum dirigebantur usque ad Joannem Christi præcursorem.

Medio autem tempore Historia Judith et Esther legitur locum habuisse, et nobiles triumphi Mathathiæ et filiorũ eius et Judæ Machabæi cum fratribus suis, usq; ad Joañem Hircanum et Aristobolum, post quos Herodes alienigena a Romanis Rex Judæorum constituitur: impleta prophetia Jacob Patriarchæ. Non auferetur sceptrum a Juda et dux de femore eius etc. Genes: 49. In quibus etiam temporibus filij Israel gravibus se involvebant criminibus: ut principium libri Machabæorum testatur, et ~~primi~~ eorundem ~~liber~~ secundus liber ~~principium~~. Nam super omnes execrabiles malitias Patrum suorum ipsi incrementum fecerunt. Jason et Menelaus fratres Oniæ ambientes summum sacerdotiũ sicut et pessimus Alcimus abeuntes ad Regem Antiochum accusarunt fratres suos filios Israel, et petierunt dari licentiam a Rege ut cultum æterni Dei mutare possent in ritum gentium. Gymnasium in Jerosolimis construxerunt, id est scholam ad instruendum ritum gentilium: templum replentes scortis et scortatoribus, quodq; dictu nefas est, publice locum sanctum luxuria polluentes per meretrices, totumq; cultum Divinũ et omnia quæ Dei sunt radicitus subvertere cupientes, in complacentiã Regum gentilium et in Dei contemptum etiam nomina Judaica in gentium nomina commutantes, nec se Judæos confitentes: sed de natione gentium ortum sumpsisse

possest appro-ni: super=erat

asserentes. Denique Onias veri Dei summus Sacerdos vir iustus et per omnia laudabilis filios non habens sed duos fratres Jesum et Joannem: Qui adhuc fratre vivente, scilicet Onia, ambientes summo fungi sacerdotio nomina sibi gentilium imponi ab Antiocho obtinuerunt. Primus Jason secundus Menelaus hostes immanissimi iudeorum sunt coram rege effecti prout declarat historia lib: Machab: pluribus locis in principio 1. et 2 Machabeorum 6. et Scholastica Historia. Propter hac nefandissima maleficia Deus tradidit eos in poenas crudelissimas, quibus ab eodem rege et à sequentibus sunt gravissime afflicti, ita ut infra triduum ~~oct~~ octogenta millia sunt interempti, et quadraginta millia victi et captivi. testis est 2 liber Machabeorum c. 5. Et aliæ poenæ ibidem leguntur. Non tamen estimet me lector sic exaggerare immanitatem criminosorum quasi defuissent illo tempore sancti unius veri Dei fortissimi cultores. imo legat eandem Machaboorum historiam et inveniet fortissimos milites Dei, in utroque sexu pro patriis legibus constantissimé decertantes tam in pueris quam in senibus nec cedentes quibuscunque inauditis poenis per atrocissimum regem inflictis. ut in septem Macha,

Mundi

„bæis et Eleazaro Machabæorum 6 et 7. Et in nobili„
„ssimo Mathathia et filiis eius scilicet Juda, Jonatha,
Simone et Joanne clarè patet. Sic igitur malignorum
turba continuantes abominationes suas et inter se ri„ | bant
„xantes de pro dignitate Summi Sacerdotij et pro præ„
„sidentia regalis et ducalis dignitatis populi Judæorum
tamdiu, quousque legati romanorum se præsidentiæ ingererent
et Judæis imperarent usque ad herodem Ascalonitam à
Romanis tenentem principatum extincta omni potesta„
„te Judæorum et ipsa devoluta ad Romanorum voluntatem
ut scire et advertere possent, quod secundum Danielis,
et Jacob Patriarchæ prophetias tempus adesset, quo cessa„
„sset unctio Judæorum, et Christus verus unctus sanctus san„
„ctorum dubitabatur advenisse. Ecce si attente velimus. | Γ n̈ dubit retur
Considerare a primo firmissimo fidei fundamento scilicet
Abraham, Isaac, Jacob, usque ad novissima tempora iam de„
„scripta semper gradatim in deterius filii Israel mutaban„
„tur tamquam à summo incipientes ad deterrimum statum
criminum pervenerunt, sicque auctorem vitæ Jesum
Christum suæ malitiæ finem imponebant, dicentes. Hic
est hæres vineæ, venite occidamus eum, et nostra
erit hæreditas.

De Statibus

Capitulum III.

De Statu Temporum ab Adventu Christi ad Antichristum.

Perstrinxit stilus hactenus sub verborum compendio in genere statum temporum et hominum quo ad culparum et poenarum meritorumque bonorum formam à tempore creationis mundi usque ad Christi adventum per annos quinque mille et pene ducentos. Restat etiam ut transcurramus statum temporum à salvatoris nativitate usque ad nostra tempora, scilicet ad annos mille quadringentos, et quadraginta quinque. Et etiam si aliquid speculari possemus ex prioribus, et coniecturari de futuris ut in principio dictum est comparantes tempora priora sequentibus, nihil in his speculationibus definie~~ntes~~, sed magis opinan~~tes~~, et si qui forte essent inveniendi, qui clarioribus refulgerent oculis, his offerrem me cessurum, paratior discere, quam docere veritate eidem et mihi ducatum semper praebente: unde cum venia audienda sunt, quae dicturus sum. Neque puto aliquem fore qui de futuris certum quid exprimere valet, nisi quem Spiritus prophetiae illustraverit.

Ecclesia itaque primitiva, corruscante sole justitiae Christo, à primordio suo benedicto nativitatis in lapide angulari

utrumque parietem coniungente, tanquam in solidissimo fundamento est fundata. Cuius fidei articulos per Apostolos spiritu sancto eos erudiente, et miraculis confirmante, voluit per universum mundum Evangelizari: quod factum iam esse ~~nemo qui dubitat~~ in India, gracia, et Asia, atque Affrica, et Europa [nemo est qui dubitat] quarum priorum terrarum, ut estimo, magna pars reversa est ad gentilitatis errorem: in Europa adhuc fide Catholica firmiter perseverante; licet et ipsa ~~videatur~~ haeresibus, schismatibusque cernitur divisa. Gloriatur de hoc Paulus. ad Rom: 15. Quomodo ipse solus ab Jerusalem, et in circuitu eius usque Illiricum idest mare gracia repleverit Evangelium christi. Ibi enim scilicet in Jerusalem coepit praedicatio Apostolorum, quibus repulsis dispersi sunt in universam terram. iuxta illud: In omnem terram exivit sonus eorum etc. Et hodie nec puto insulam aliquam, in qua nomen christianorum est ignoratum, seu ignotum. Quibus sanctis Apostolis, sanguine suo Ecclesiam fundantibus, per mortem martyriumque consumatis, cum fides christiana per orbem longe lateque praedicaretur, successerunt tempora sanctorum Martyrum, qui a tyrannis fidem persequentibus et extinguere molientibus interfecti Christo Domino testimonium sanguine proprio perhibuere usque ad tempora Constantini.

Imperatoris et Beati Sylvestri: qui Constantinus, licet et ipse persecutor fidei coepit, tamen Divina revelatione revocatus est, et sacro fonte renatus per S. Sylvestrum Ecclesiam Dei et fidem Christiani nominis una cum matre sua Helena mirabiliter exaltaverunt, et dilataverunt annis, ut aestimo, fere ducentis à Christi Nativitate. Post quo persecutionis et Martyrii tempora alia successerunt, scilicet Anachoritarum in secretis et abditis locis Angelicam vitam sectantes Deo soli vivere et mori studuerunt. Hoc tempora contigua fuisse persecutorum et Martyrum Hieronymus testatur vitam describens Pauli primi Eremitae, quem ducem illius vitae testatur: etiam ante tempora S. Antonii, qui sepulturae eius sollicitè ministeria praebuit. Quorum sanctorum tempora ultra centum annos duraverunt florente et in eis et vita virtuosa miraculis prophetiisque ac doctrina salutari decorata. Quibus decursis temporibus successerunt tempora Confessorum sanctorum: Gregorii Nazianzeni, Didimi, Hieronymi, Augustini, Ambrosii, Martini, Severini Coloniensis Archiepiscopi: qui omnes uno tempore sibi occurrente Ecclesiam Christi suis doctrinis illustraverunt. Et post B. Benedictus, Gregorius Papa et caetera mundi luminaria, quorum doctrina aurea per universum mundum relucet perlucida.

Quorum sanctorum Doctorum, quod doctrina prædicabat, hoc vita exhibuit; qui sancti usque hodie multos reliquêre in doctrina sectatores: etsi non tam efficaciter in vita, tam perfectos. Hoc tempora non inconsultè usque ad Carolum M. filium Pipini possumus limitare: qui homilias B. gregorii, quæ usque ad sua tempora sparsæ erant in unum volumen colligens ordinate recollegit, ut in prologo suo easdem homilias præcedente ipse testatur. Post quorum tempus decursum usque ad hoc nostra tempora in diversis mundi partibus aliquorum sanctorum tam doctrina quam vita illustris fuit et celebris, ut Bernardi, Thomæ de Aquino Hugonis et Richardi de sancto victore: et quarumdam sanctarum mulierum Hedewigis in Silesia, Elisabeth in Thuringia, et in aliis partibus, quas gloriosus Deus insignivit diversis sanctis in sui et ipsorum honorem et fidelium consolationem. Hoc tamen nostrum tempus si attentè considerare volueris quo ad vitæ sanctitatem in hominibus, multum distare videtur à cæteris temporibus prioribus: cum pace Ecclesia reddita, a vi tyrannorum, a fraudulentia hæreticorum liberum pene totus mundus pinguescere cœpit in honoribus, voluptatibus, divitiis que et aliis vanitatibus propter quæ prosequenda vitiorum deformitates ubique locum sibi vendicaverunt: cum quilibet asperitates corporis et vilitates exteriorum fugiens applaudere sibi gaudet

in delitiis, armaturam Dei abiiciens more muliebri mollia et delicata quaerens sibi suisque laxat frena tam Castitatis, et iustitiae, quam et veritatis. Inde fraudes, dolositates, incontinentiae, commessationes, ebrietates, lites, guerrae, bella periuria, symoniacae pravitates, concubinatus, incestuosae cohabitationes, iniuriae, calumniae, dignitatum tam secularis potestatis, quam spiritualis et Ecclesiasticae illicitae conquisitiones et ambitiosi multi, caeterorumque vitiorum portenta hodie in ecclesia cernuntur. Idcirco non improvide hoc tempus possemus appellare muliebre et delicatum abundante ubique doctrina et verbo Dei cui tamen operibus non correspondent. Ideo non immerito dixi Joannem vidisse mulierem super bestiam sedisse ebriam. Et si quis opinari vellet ad nos devoluta esse tempora, de quibus Paulus ad Timotheum 2a eiusdem 3o scribit: putarem eum non multum errare. Hoc autem, inquit, scito; quia in novissimis diebus instabunt periculosa tempora: et erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, Blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, criminatores, protervi, tumidi, sine pace, voluptatum amatores magis quam Dei: habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Ex his sunt qui penetrant domos viduarum, et captivas

ducunt mulierculas oneratas peccatis, quae ducuntur variis
desideriis semper discentes et nunquam ad scientiam veritatis
pervenientes: quorum quodlibet vitiorum ad mollitiem
muliebrem pertinere quilibet prudens non ignorans, et hoc
nostra tempora his conditionibus abundare palpando et vide-
ndo. ~~Quibus~~ probare potest: ita, ut vera sit haec sententia Ezechiae ~~quilibet~~
Regis. <u>In pace amaritudo mea amarissima</u> - in voce ecclesiae pro-
lata. Fide enim ubique corruscante, putant homines sibi suffi-
cere esse christianos. quidam nomine solo, re ~~vera se~~ vero secun-
dum Pauli sententiam fidem abnegantes / cum ipsa mortua cen-
seatur sine operibus: / et eo periculosius à via veritatis ab-
errantes, quo superducta cute vulnus lethale intrinsecus
contegunt. Citius enim sanaretur vulnus patens oculis ho-
minum, tanquam clamans ad medicum, quam cicatrice
superducta. licet enim error in fide gravissimus sit, tamen
citius sanari potest propter manifestum errorem. Error
vero in operibus criminalibus salva fide sub colore quo-
dam bonae spei infelicem animam quasi nescientem ~~eam~~
tenet captivam, et ~~id~~ ideo minus cura ei impenditur. Quod revera
nostris temporibus videtur locum habere. Et quamvis opera
publica in ministerio verbi Dei, in Missarum frequentationi-
bus, seu celebrationibus, Ecclesiarum fundationibus et ere-

„ctionibus, in causarum auditionibus et iudiciis, consistoriis, horarum canonicarum decantationibus, et psalmodiis, eccles; „arum visitationibus, auditionibus confessionum et sacra, „mentis ministrandis, ordinibus suscipiendis, ad clericatum anhelando, necnon et in aliis similibus sollicite peraguntur. utinam hæc omnia fierent tam purè quam studiosè, et secun, „dum Bernardum non multa talia transissent in mercatum, et non magis cupiditas avaritiæ, quam charitas hæc peperisset. et recta, et sincera conscientia fierent ad Deum colendum non alia intentione sinistra se ingerente. Ideo secundum quorundam doctorum sententiam præsens tempus multum habet de fermento pharisæorum, quod est hypocrisis. Si verò causam prædictorum placet speculari posset non impro, „vide quis dicere absentiam punitionis: et per hoc exulari ti, „morem tam Dei quam hominum à temporibus nostris salva Divina moderatione, qua moderatur tempora, prout sua sapientiæ nobis occulto placet. Scimus enim à retro actis temporibus multos infideles et reprobos à vitiis per poenas esse abstractos, ut Ninivitas, Et tempore Abraho et Isaac Abimelech Regem Palæstinorum, Et Achab tempore Eliæ. Nobis vero blandiente pace abutimur ipsa, dissolvente nos voluptate, quæ secum multa vitia conducit. Quæ enim secun,

„dum propheticam vocem fuit iniquitas Sodomorum, nisi superbia, saturitas, panis abundantia et otium? Ezech: 26. Licet enim hodie adhuc Deus punit per haec tria, per quae olim reprobos punivit, gladio, fame, et pestilentia, hoc tamen raro contingit, et boni cum malis iisdem poenis involvuntur. Ideo casu ista evenire putant homines, et unusquisque poenam illam culpae imputat aliorum, nec acceptantur illae poenae quasi effectus culparum, sive ut medicinae: quia nemo potest certi„ „tudinaliter interpretari, quae sit illa causa illarum poenarum nisi in genere, sicut olim revelabatur sancto Regi David cum fames ~~tu~~ suo tempore terram occupaverit tribus annis propter Saul olim Regem et Dominum eius qui occidit Gabaonitas. 2 Regum 21. Hodie vero ignoratur cui culpae poenae debeant imputari. Accedit ad impunitatem Dei hominum impunitas. Cum et hii ad quorum curam pertinet punire peccata delin„ „quentium manum retrahunt, aut ignorantiae causa aut ti„ „more contristandi alios, aut amore tuendae dignitatis. Quorum secundum crebrius manum retrahit punientis: et sceleratis ausum praebet seu praestat delinquendi. Patet hoc in Protoplasto Adam, qui uxorem suam Evam contristare noluit in esu ligni vetiti: et seipsum et illam cum omni posteritate damna„ „vit. Heli Sacerdos filios suos contristare noluit, et secum

filiis temporali et aeterna morte peremit. David filium suum Amon primogenitum contristare noluit pro stu-pro Thamar sororis suae cuius occasione Absolon Amon in-terfecit et Patrem suum David pulsu de Regno occidere tenta-vit. Herodes adulteram et eius filiam saltatricem con-tristare noluit, et manus suas in innocentissimum virum Joannem Baptistam crudeliter iniecit et decollavit. Imo gaudet Paulus quoniam contristavit Corinthios per epistolam quia egerunt poenitentiam 2. ad Corinth: 7. Est aliud quod incrementum praestat excedendi, scilicet generalitas et inoli-ta consuetudo peccandi. Videns enim unus alterum impune peccare, et nihil mali sibi ex hoc provenire: audaciam sibi parat similiter faciendi, et sic trahit unus alium in funiculis iniquitatis, ut fiat supra modum peccatum sine timore, et frontose defendentes actus peccatorum per usum peccandi arbitrantes ut peccata diminui per frequentiam, ut peccatum esse desinat, cum in usum veniat. Et secundum Hieronymum: peccantium multitudine putant minui culpam peccatorum. Est et aliud quod nostris temporibus alleviare videtur peccata et ex consequenti facilitatem inducit peccandi aut in peccatis perseverandi scilicet nimia laxatio Divinae misericordiae pietatis et clementiae per praedicatores et pastores, per quae

mentes audientium resolvuntur, et iustitiam Dei non timent, nec poenas comminantem. Ideo Hierony: super Jonam dicit. Qui Deum nimis clementem praedicat; poenitentiam à peccatoribus aufert. Et hoc est quod Paulus ad Timoth: scribens dicit. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt; sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus: et à veritate quidem auditum avertent, et ad fabulas convertentur. 2 ad Tim: 4. Et hoc etiam Jeremias propheta exprobrabat filiis Israel dicens: Prophetae tui viderunt tibi falsa et stulta, ne aperiebant iniquitatem tuam ut te ad poenitentiam provocarent. Expedit enim populum stare in timore, et securitatis lucem de cordibus ipsorum removere, si poenitere debeant, ut testatur Hierony: circa finem explanationis super Isaiam. quod proh dolor hodie propter applausum hominum non fit: sed ut audientia maior habeatur, timore poenarum relegato sola clementissima Dei misericordia praedicatur: quod multos hodie aut non aut minus poenitentes facit: et ut in peccatis maneant aut recidivum crebrius patiantur inducit. Talis inquam est status temporibus nostris laxativus, delicatus, impunitus, saltem poena corporis molestativa. Sed revera gravissima poena animarum afflictiva, scilicet schismate isto execrabili tam inter Romanos quam inter generalia asserta aut dubitata concilia inter se pugnantia. Cui tempori, ni fallor nullum simile legimus ab ascensione Christi usque in praesens.

Capitulum IV

De Tempore Antichristi & Elia, ac Signis Praecedentibus.

Restat nunc igitur post haec nostra tempora, ut opinari possimus circa quaedam futura. Sed quo tempore aut breviori aut productiori nescio. Duo subsequentia habemus quidem: Scripturam infallibilem haec denuntiantem, sed temporis quantitatem occultam nisi ex signis a Christo praedictis, aut ab Apostolis et aliis prophetis possemus aut brevitatem aut diuturnitatem licet obscurius coniecturari. Quae tamen exploratio nihil indubitatum dimittit. Et forte etiam magis curiositati, quam utilitati deservit; cum à temporibus etiam Apostolorum, et post eos multis semper suspecta fuerunt tempora de adventu et nativitate filii perditionis scilicet Antichristi quem oportet mundi finem scilicet fallacibus suis signis praevenire, et quia ante suum adventum abundavit iniquitas et frigescet charitas multorum, iusto Dei Judicio veniet seductor, qui divitiis avaros, luxoriosos incontinentia p: quia erit in concupiscentiis faeminarum; simplices miraculis fallacibus et praedicatione, sanctos tormentis post se trahet. Juxta illud Apocalyp: 22. Qui in sordibus est sordescet adhuc ut sequens peccatum fiat.

Mundi

Et peccatum est pœna præcedentium peccatorum. Qui anti,
„christus sceleratissimus omnium hominum non dubitatur
futurus. unde secundum salvatoris sententiam tempus illud
erit terribilissimum quo ad persecutionis crudelitatem, vin,
„cens tormenta omnium tyrannorum præcedentium. Ideo
abbreviabuntur dies persecutionis suæ propter electos. Erit
enim tribulatio qualis nunquam ante fuit ab initio mundi
usque modo, nec fiet, ut habetur Math: 24. de tempore verò
huius maligni quo ad eius adventum, licet nulla audentica
refert ~~historia~~ scriptura, tamen verisimiliter ex rationis
evidentia et ex similibus possemus dicere: non improvisè
ipsum apparere toto mundo incognito, sed fama aliqua procur,
„rente et suspecto tempore existente. Primo ex eo, quia omnia
alia tempora a principio mundi, quando aliquid grande et inso,
„litum Deus facturus erat propter consolationem suorum electorũ
et pœnitentiam reproborum fama aliqua procurrebat spiritu
sancto præavisante Electos ne inopinatis eventibus nimis ex,
„pavescerent: Et ut se contra adversa munirent, et Deum in adiu,
„torium postularent. hoc patet tempore diluvij per fabricam
archæ: hoc in Sodomorum et gomorrheorum exterminatione,
quæ erat Abrahæ prius revelata. hoc similiter ante captivi,
„tatem duarum tribuum per Jeremiam et Ezechielem.

hoc tempore Machabaeorum ut patet in secundo libro. hoc post Christi ascensionem ante excidium civitatis Jerusalem, ut Josephus testatur. Et hoc est quod spiritus sanctus per Amos prophetam dudum pronuntiavit: eiusdem 3. Non faciet Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas. secundum Hieronymum quo ad poenarum inflictionem promonendo puniendos. Sic et christi Nativitatem fama procurrebat spiritu sancto Corda fidelium illustrante. Sic ergo et in praesenti crudeli persecutione super omnes procedentes terribiliori Antichristi. Si enim Deus non est passus puniri per afflictiones minores Electos ante suam admonitionem: Numquid subito et nullo sciente aut sperante hanc immanissimam persecutionem patietur improvise irruere super electos suos? Certè ego minimè illud possum opinari. Ex causa secundo possumus probabiliter elicere, cum operatio arguit formam, per Commentatorem. et scimus illum blasphemum adhuc in utero matris suae maledictae maligno spiritu possideri, qui operationes eius, et in membris et in usu eorum quae ad corpus et animam pertinent, quo ad actus potentiarum sensitivarum vegetativae et rationalis specialibus quibusdam extra communem cursum humanae vitae dirrigere habebit. Ex cuius apparentia aliquid supra hominem in illo daemon-

„strabitur in infantia, pueritia, adolescentia, usque ad ætatem iuvenilem, in qua suæ malitiæ cornua erumpent. Quomodo rogo potuerit erunt talia celari, cum tanta curiositas et inquisitio Novitatum hodiè viget in hominibus, ut etiam secretissima vix possunt oculta permanere? licet astutia diaboli operā omnem impensura est, ne ante tempora sua reveletur, ut eo calidius seducere valeat. Puto autem ego: quanto tempus eius appropinquat, tanto variores effectus mundus in se sen„tiet aliquorum in criminum profusiori abuntantia, et aliquo„rum in virtuosæ vitæ incremento: ut Deus illos sinat ruere à vitio in vitium, istos vero scilicet electos per ocultam inspira„tionem in sua dilectione inflammet: quod et ante suum primū adventum propinquioribus temporibus factum esse facile posset probari. de raritate autem effectuum, et hactenus inso„litorum nostris temporibus ego quidem non inficior me cali„gantes oculos habere ad speculandum. Possum tamen primū ostium aperire, ut alii clarioribus oculis aliquos de his effectibus possint speculari. An non insolitus est effectus à quingentis annis invisus, reductio græcorum et Arme„niorum aut potius conatus studiosissimè adhibitus per Patres conciliorum sacrorum Constantiensis, Senensis, et Basiliensis? an non inaudita omnino hactenus non nisi

spiritu sancto inspirata aviditas reformationis totius Ecclesiæ a capite usque ad pedes cuiuscunque status clericalis, Regularis et laicalis? in qua quidem summe desudatum est per sacra generalia consilia, usque ad novi schismatis instau,,rationem: ita ut rete piscatorum pro multitudine piscium et eorum fortitudine ruptum esse hodie ingemiscimus. licet tamen hucusque in spe non frustrando laborat ecclesia una cum suis piscatoribus. Videmus tamen non omnino otiosum fuisse hunc conatum, cum plures religiones instant ad se reformandum: et quodam se gaudeant reformatas. an non ne iucundi et novi effectus et à tempore institutionum conciliorum et sacrorum canonum hactenus sepulti tot et tantorum sacrorum decretorum aut sanctio, declaratio, aut +~~invocatio~~ prout in sacris constantiensi et Basiliensi con,,ciliis hæc sunt promulgata? de quibus specialiter nominandis hic supersedeo. Constare autem de facili poterit de his scire cupientibus. Quæ utinam tam efficacia essent in sui observa,,tione, quam salubria sunt in sui institutione. an non gau,,diosus et latabundus effectus utique rarus repressio hæretico pravitatis per Bohemos ante aliquot annos incandescens, quorum gladius evaginatus multum sanguinem effudit, cædes et strages, homicidia, incendiaque commisit? quorum

forte + inno,,vatio

Mundi.

sevitia per sudores Patrum in consilio Basiliensi conquievit. Hec pauca de multis quo ad utilia sint producta. ceterum quo ad effectus infortunatos qui nostris temporibus se demonstrant licentia datur cuilibet apertis oculis speculandi. In primis quisquis non miretur à die nativitatis Christi usque ad hec nostra tempora hactenus insolita duo pretensa generalia concilia à tantis viris doctrina precipuis inter se discordantibus reputari ac defendi, et tanto tempore sine unione posse persistere; quolibet suum pro Romano pontifice Papam defendente? Quis non mirandum dicat, inde exire potuisse tante discordie crimen ac differentie dissidium, unde speratum fuit toti orbi debuisse provenire vinculum unitatis? aut ut cautius loquar, occasionem inde sumpsisse Schismatis, unde Schismatum error causam sue destructionis debuisset suscipere? Quis non insolitum dicat effectum, ut mundi luminaria, videlicet eruditissimi viri Ecclesiarum prelati de eodem fonte sacre scripture infallibilis veritatis tam diversam contrariamque doctrinam hauriant, unde Reges et principes ceterosque mundi potentes per se scripturas ignorantes diversis et contrariis opinionibus informent, ut eo vinculum Schismatis minus rumpatur, quo fortiores habeant et plures adherentes? Et si quis tam provolantis ingenii sibi videretur ut huius Schismatis tempore auderet

dicere ostium aperiri, de quo dicitur, Antichristo; tam in-
audita et insolita ab apostolo Paulo praedicta discessio videretur
habere principium+ ab inobedientia ecclesiae, quam multi
putant sic interpretari nomine discessitudinis. Ego nolo
hoc probare, nec improbare. posset forte habere quandam appa-
rentiam: licet illud temerarium videretur velle defendere:
praesertim cum nunquam ante tale legimus, ideo valde in se
retorquet oculum speculatoris, quasi monstrum de novo sit
in ecclesia exortum. Quis non vehementer obstupescat de ver-
bis Christi? Quod si sal evanuerit, in quo salietur? per sal in-
telligens animarum pastores, qui tam ignari ~~sunt~~ videntur,
ut etiam primam literam alphabeti, quo requiritur ad curam
pastoralem saltem [autem] animarum et spiritualium ignorant.
Quomodo ergo sal invatuatum in se alios saliet? nec mirum
quod oves pascua non habentes, aut pastorem caecum sequentes
omnes in foveam cum ipso cadunt; quod, quam frequenter fit,
plus lacrymis quam attramento esset scribendum. Inde tot
deformitates et anfractus vitiorum in diversis mundi par-
tibus fieri cernuntur. Silentio autem pertranseo bellorum
ac discordiarum in variis terris discrimina, signaque à
Christo discipulis manifestata de consumatione saeculi quae-
rentibus. De terrae motu, in sole et luna, et pressura gentium

+ scilicet forte suum

et cæteris ex Evangelio notissima præsentis temporis non esse puto. Quia illa creduntur futura post antichristi inter„ „emptionem. de aliis insolitis effectibus speculandis nostris temporibus nulla est præclusa via. valenti celare autem pro„ „batur conculcatio dignitatis clericalis, claviumqe Ecclesiæ, et censurarum Ecclesiasticarum, ut ludibrio ducuntur excommu„ „nicatio suspensio ac interdictum. Et laici insultent et irride„ „ant processus contra se decretos, nec verentur scienter sordescer„ „re in sententiis excomunicationis. Ideo in revelationibus B. Brigittæ legitur sibi a sponso esse revelatum, quomodo con„ „culcatio cleri et hæresum et Schismatum multiplicatio evi„ „dens signum est, quod cito veniet antichristus. Contempletur lector, an hæc nostris temporibus desint? Post hæc tempora antichristi restat adhuc unum tempus scilicet Enoch et Eliæ pro pœnitentia agenda illorum qui seducti sunt a filio perditionis Mala„ „chiæ ultimo. et Apoc: 11. Post quorum prædicationem tempora sunt signota quanta et qualia erunt. creduntur tamen iterum ven„ „tura prospera. Quitquid tamen sit per humanum ingenium dispu„ „tatum omnium de die Judicij calculantium digitos resolvit vox illa Christi. Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate. et alias: de die autem et hora hac nemo scit, neqe angeli: nisi Pater.

Capitulum V.

Tempora Antiqua Comparantur Modernis.

Visis igitur ut potui diversis statibus tam ante adventum Christi, quam post eius in cælum ascensionem usque ad mundi finem: restat nunc comparare tempora temporibus, et status statibus, ut quia ecclesia ante salvatoris adventum figuram gerit primitivæ Ecclesiæ: ex quarum comparatione aliqualiter devenire possumus in notitiam modernorum temporum. Et hac notitia cognita viam vivendi et formam poterimus adipisci. Possunt enim hæc cognita multipliciter animo bene affecto cooperari ad mundum contemnendum ad Deum diligendum et ad vitam in melius commutandam. Inchoantes igitur ab Abraham, cuius tempore Deus clarius innotescere cœpit, et numerosior copia fidelium cœpit esse, possumus septem tempora distinguere notabilioribus rebus gestis expressa, usque ad primum Christi adventum. Sic pari modo possumus ista septem tempora proportionare aliis septem temporibus ab adventu salvatoris in carne usque ad adventum eius ad iudicium, statum statui coæquantes. Primum itaque tempus fuit vocationis Patriarcharum Abraham, Isaac, et Iacob et filiorum suorum: qui utique Deo dilectissimi et viri perfectissimi erant: ut

patet de singulis ex lib: genes: Quorum perfectio claret ex eo quod sine adminiculo librorum sanctorum aut prophetarum aut praedicatorum ex sola fide quam recenter receperant, re„velationes Divinas, et oracula angelorum et colloquia habe„re meruerunt: et ipse se Deus se eorum Deum dignatus est appel„lare. Ideo ad Moysen ait. Ego sum Deus Abraham, Isaac, et Jacob. et aliis pluribus locis. Transieruntque per plurimas tentatio„nes intrepidi persistentes in fide praeconcepta. Cui statui in nova lege correspondet tempus Apostolorum, qui sicut illi Eccle„siam doctrinis et sanguine proprio plantantes fundamentum firmissimum posuerunt: nec ullis tentationibus cesserunt, ut a fide averterentur, cum caecitas Judaeorum et furor genti„lium omnibus modis abstrahere eos conabantur. Pari for„miter sicut Patriarchae in medio nationis pravae et perversae Idolorum culturae dedita conversantes a cultura unius Dei non poterant removeri. Sic utraque pars Ecclesiae ante et post adven„tum Christi a fortissimis duxit suae fundationis primordia. Sed proh dolor processus eius tepiditati plurimum inserviebat: ut patebit. Secundum tempus possemus sic accipere, ut in Aegypto filii Patriarcharum sub crudeli Pharaone gravissimis oneribus premebantur, utique longis temporibus post mortem duodecim filiorum Jacob usque ad tempora Moysi, quibus educe„

-bantur per desertum ad terram promissionis. Cui non im-
provide correspondet tempus persecutionis post praedicationem
Apostolorum. In quo tyranni principes se contra Ecclesiam
et fideles erexerunt tanquam posteri Pharaonis. Illis tem-
poribus fortissimi Athleta Christi utriusque sexus forti-
ter in fide perstiterunt, licet immanissimis tormentis erant
examinati; iam fide per apostolos divulgata, non per praedica-
tionem Martyrum sicut per apostolos, nec per tam ferventem
doctrinam, nec per tam crebram miraculorum operationem,
quae omnia uberius per Apostolos quam per Martyres legun-
tur facta fuisse, licet non defuerunt ista tempore ~~praedicatio-
nis~~ persecutionis: cum necessitas fidei id exigere videbatur:
ut in vita sanctorum legitur, et in Ecclesiastica hystoria per
Eusebium Caesariensem descripta reperiuntur usque ad tempo-
ra Constantini. Cuius tempore pax dabatur ecclesiae, et cru-
delitas tyrannorum in parte conquievit. Tertium tempus
possumus distinguere et intitulare illud, quo filii Israel per
quadraginta annos in deserto morabantur addito tempore in-
gressionis eorum ad terram promissionis tempore Josue,
et iudicum. In quo deserto legem per manum Moysi accipientes,
licet tunc et postea per aliquos eorum deviatum fuit a Divina
lege, quorum corpora prostrata sunt in deserto: tamen nihilo-

„minus multi in via Domini immobiliter steterunt usque ad tempora Samuelis. Cui tempori aptare possemus statum Anachoritarum, quorum primus erat Paulus primus Ere„mita convicinus tempori Martyrum, qui etiam propter rabiem persecutionis ut Hieronymus scribit Eremum in„travit. Qui Sancti in ocultis locis ab hominibus separati degentes quantis claruerunt virtutibus et gradu perfectionis Collationes et vitæ Patrum testantur. tanquam nova lege a Deo accepta angelicæ vitæ assimilabantur, quorum et ministerio et alloquio crebrius fovebantur usque ad tempora Hieronymi, Augustini et cæterorum Doctorum. Quartum tempus in veteri lege accipere possumus tempus Propheta„rum à Samuele per Reges filiorum Israel usque ad transmi„grationem Babylonis. In quo licet plures erant reges Ido„la colentes sicut et de populo, tamen per prophetas a Deo missos monebantur, reprehendebantur, et etiam castigaban„tur. Hi quasi renovantes legem Domini vitiosos viam Domini instruebant. ut Elias, Elyseus, Isaias, Jeremias et cæteri. Cui tempori a parte respondet tempus sanctorum Doctorum. In quo hæretici viam Domini maculare conantes sua perversa dogmata ore venenato sparserunt. Quibus sancti Do„ctores ~~venerunt~~ Hieronymus, Ambrosius, Augustinus

restiterunt cum cæteris procedentibus atque sequentibus
pene usque ad tempora Caroli Magni: reflorescereque fecerunt
Ecclesiam doctrinis suis et exemplis, ut nosse possent fideles
quomodo et qualiter conversandum esset tempore pacis; quod
„que Deum colere cupientibus sincere non deessent bella et si non
gladiis ~~viti~~tyrannorum, excitata, tamen impugnatione vitiorum
carnalium continuè incitata, eadem quidem difficultate, licet
alio genere maligni spiritus immissione inflammata. habet
enim tempus pacis persecutionum genera quibus non im-
„pari vigilantia forte resistendum est, quam tempore perse-
„cutionis. ~~Proverendum ne plures interimat~~ Et forte minus
a pluribus advertitur ut bella vitiis indicerentur tempore
pacis, quam inviolata servaretur fides tempore persecutionis.
Proverendum ne plures interimat tempus pacis quam persecu-
„tionis propter hostis invisibilis continuas insidias: et
propter multitudinem in vitiis viventium, quo vitia non
facit reputari. ubi enim plures sordescunt, sordes minus
ab eis sentiuntur. Quintus status temporum poterit
non improvidè designari a tempore reædificationis Jerusa-
„lem post reditum de captivitate Babylonis usque ad tempo-
„ra Machabæorum. In quo cessantibus prophetiis et revela-
„tionibus filii Israel iam pœnis attriti, priori templo Salo-

„monis destructo, experti per plures afflictiones suas et Pa„
„trum suorum quasi in libris legere poterant, quomodo eis
conversandum esset: Quasi Deus diceret eis. Ecce misi prophe„
„tas instruentes, hostes pro peccatis vos affligentes, ut tam do„
„ctrina quam poena erudiente amplius ista non requiratis.
Ideo cessat motus prophetiarum et revelationum. Ex quo
omnia praeostensa sunt, et quasi silentium fuit media hora.
Cui statui merito coaptari poterit noster status: In quo simi„
„liter prophetiae revelationes et miracula cessaverunt, et
quasi media hora silentium factum usque ad tempora filii
perditionis scilicet antichristi. In quibus nostris tempori„
„bus omnia peccata ~~[illegible]~~ veterum temporum in plagis repro„
„borum, in remuneratione bonorum, in miraculis, revela„
„tionibus tanquam doctrina et vita priorum post Christi
adventum quasi sensibus nostris adhuc praesentia obiiciuntur
attente speculanda. Quae cuilibet iuste, sobrie, et pie ~~viventi~~
vivere volenti sufficere debent ad eruditionem nulla excusa„
„tionis aut ignorantiae umbra ei suffragante. In quo tempore
crimina tanto ampliori poena a Deo erunt castiganda, quanto
lucidiora ~~non peccandi habent~~ procedentia, omnia in exemp„
„lum. Gravificat enim culpam delinquentium mansuetudo ς n̄ peccandi
Dei amplior prorogata et via incedendi magis nota. Juxta illud

De statibus

Servus sciens voluntatem Domini sui et non faciens va-
„pulabit multis. Et illud Salvatoris. Si non venissem, et lo-
„cutus eis fuissem peccatum non haberent: Nunc autem
excusationem non habent de peccato suo. Joann: 15. Et Jacobi.
4. Scienti bonum et non facienti peccatum est illi. Quotidie
hodie vociferantur scripturae, fiunt novorum tractatuum
innumerabiles codices crescunt universitates, lectiones quo-
„tidianae, Collationes tam latini sermonis, quam vulgaris
~~sermonis~~ ubique circumvolitant: subtilissimi speculatores
iuris canonici, artium, Theologicoque facultatis ubique
perstrepunt: nihil deest ad notitiam, utinam et nihil dees-
„set ad virtuosam operationem. Et utinam Franciscus
Laureatus non dixisset veritatem de prudentibus. Philosopha-
„tur in Cathedris, insaniunt in Theatris sive tabernis, vo-
„luptate, gloria, divitiis huius mundi multorum § ~~mentes~~
~~peritissimorum in scientia~~ occupant [libus:] aliter docetur,
quam vivitur, confunduntque opera doctrinam. Et utique
secundum Aristotelem sermonibus operibusque dissenti-
„entibus plus creditur operibus quam sermonibus quo ad
bonitatem. vera etiam est doctrina Hieronymi tractan-
„tis super Jonam illud: Quomodo novissime provenit Prophe-
„tia Jonae Prophetae de poenitentia agenda ad regem Ninive

§ in scientia peritissimorum mentes

per Reges intelligens Potentes, nobiles, et divites, et homi-
nes seculari scientia et sapientia refulgentes, qui omnes,
et maximè ultimi, novissimi ad pœnitentiæ statum prove- per
niunt, tuenturque se astutia et ~~simplicitate~~ fulgore verborum, simpli-
citatemque sacræ scripturæ non ex majestate sensuum, sed
ex verborum indicant vilitate. Ideo et idem Hieronymus
in præfatione super Isaiam dicit. Latini nostri fastidiosas ha-
bent aures, ad intelligentiam sanctarum scripturarum nau-
seant, tantumque plausu eloquentiæ delectantur. Et si quis as-
serere vellet, quod præsens pestiferum schisma plus cupidi-
tas et ambitio foveret et defensaret, quam veritas aut charitas,
posset forte habere non improbabiles rationes. Quod schisma
præsens ego maiorem reputo pœnam a Deo inflictam, quam
aliquam pestilentiam aut famem aut gladium. Tum quia animæ
inficiuntur: tum qui minus iste morbus curatur, aut curationi
eius diligentia impenditur. Tum quia grave scandalum ~~inde~~, de di-
scidio illo principes et alii laici inde sumunt: Tum quia partes
utroque multa illicita concedunt, indulgent, et dispensant
ad alliciendum collaterales. Tum quia ad beneficia, prelaturas,
dignitates illegitimus fit ingressus, et suspensi ab excomuni-
cationibus ingerunt se divinis: Censura ecclesiastica vilipen-
ditur, iustitia caret defensore, iniustitia gaudet impunitate.

Et quid cura? Quilibet quærit quod suum est, paucis curan„tibus de Ecclesiæ unione. Ecce quot tempora priora a tre„centis pene annis sciderunt ecclesiam suis Schismatibus, ut plures uno tempore fuerunt Romani Pontifices, et post se traxerunt multos in errores? Sed eheu nullum illorum temporum fuit isto crudelius: quo duo generalia dubitata a multis concilia celebrantur. Flevit quondam Jeremi„as ruinas templi et Jerusalem, captivitatem Israel: Quid faceret si hodie viveret? Planxit olim S. David mortuum Saul et Jonatham filium eius: quem Saul Regem Samuel vivum de regno abiectum similiter luxit. Et quid hi agerent si in humanis agerent istam scissuram cernentes? Si pestis aut gladius aliquod Regnum et Provinciam vastaret, fierent processiones orationes et ieiunia, confessiones, et Missarum celebrationes pro divina placatione. Isto tempore nihil horum fieri cernitur: et quasi nihil molestiæ esset in ecclesia: Sic penè omnia disponuntur. Ideo in prio„ribus appellavi tempus præsens muliebre et delicatum ab hominibus reputatum. Quia quilibet propriæ mollitiei culturam impendit de aliis non curans. Sub qua mollitie multæ comittantur et latent malitiæ quas declarabit Sextus status. In quo apparebit filius iste perditionis exci„

"tans negligentes et mollitiem in duritiam convertens, per poenas aut præmia ad suum errorem homines seducens. cui in prioribus dixi correspondere tempus Machabæorū, In quo Antiochus Rex per pœnas immanissimas fideles trahere conabatur à cultura Dei ad ritum gentilium, ut Machabæorum declarat hystoria. Post finem huius mise"rabilem, intrabit mundus statum Septimum: qui erit Eliæ et Enoch prædicantibus poenitentiam his qui sævi"tia aut promissionibus antichristi seducti sunt, ut con"vertant corda Patrum in filios: quorum tempore credun"tur filii Israel reversuri ad fidem christi, ut fiat unum ovile et unus pastor, et agent pœnitentiam de perfidia et incredulitate sua. Cui tempori correspondet tempus, quo Joannes Baptista prædicavit vicinior primo adventui Christi; de eo enim Gabriel Patri suo prænuntiavit. Ipse præibit ante illum in spiritu et virtute Eliæ. Quia utriusque adventus christi procursores esse non dubitantur. Et ambo prædica"tores pœnitentiæ, quia ambo inveniunt mundum repletū iniquitate. 1. Infero ex prædictis a principio usque ad finē duas civitates semper concurrisse scilicet Jerusalem et Babilonem scilicet prædestinatos et præscitos. 2. Infero unam civitatem semper aliam impugnasse; et semper

inter eas bella futura esse. Dicit enim veraciter Paulus: <u>Quomodo tunc is qui secundum carnem natus est perseque=batur eum qui secundum spiritum. ita et nunc.</u> 3. Omni tempore numerosior erat multitudo civium Babylonis civitatis ~~quam~~ id est perversorum quam Jerusalem, id est, praedestinatorum. ita et hodie creditur esse in mundo ut Divina sapientia et clementia semper refulgeat, quo suos electos licet paucos inter multos perversos illesos conservare potest et scit. et perversos ad poenitentiam diutius expectat, ut nihil excusationis pratendere posset. 4. Tempus gratiae creditur plures electos continere quam tempus veteris legis. 5. Primi duo status scilicet Patri=archarum et Apostolorum creduntur perfectissimi fuisse, et quanto fini propinquiores, tanto debiliores saltem quoad plures. Neque per hoc diffiteri volo aliquos in ~~utroque~~ unoquoque statu ~~fuisse~~ ~~atque~~ et atque optimos tempore etiam antichristi perfectissimi ali=qui reperiendi sunt, qui Divina gratia suffulti nullis eius crudelitatibus cedent. 6. Shismata in Ecclesia, licet per graecos et etiam ante ipsos inchoata fuisse legantur, tamen rariora fuerunt illis temporibus ~~quamodo~~ quam modo a sexaginta annis, licet etiam tempore Bernardi per octo annos legi=mus schismata fuisse, et duos pro Papatu contendisse, quod

tamen ipso interveniente sedatum legitur. 7. Inter plagas
a Deo pro peccatis inflictas corporales sunt minus periculo-
„sae, quam spirituales, quia istae animam, illae corpus affli-
„gunt. Unde praesens Schisma inter duo concilia inter maxi-
„mas plagas est computandum, quia animarum est peremti-
„vum. 8. Quanto vicinior est mundi finis, tanto plagae ven-
„turae sunt periculosiores et graviores. sicut aetas senectu-
„tis hominis patitur aegritudines crebriores et periculosi-
„ores: cum homo sit microcosmus, id est, minor mundus.
9. Ex plagarum quantitate nostris temporibus argui pot-
„est probabiliter acceleratio finis mundi. Sententia est B.
Gregorii super illud. Erunt signa in sole et luna. 10. Assere-
„re mundi finem non futurum, nisi per tot millia annorum
post Christi adventum, sicut ante eius adventum non ha-
„bet ex scripturis aut ex ratione aliquod solidum funda-
„mentum. Item asserere in septimo millenario, in quo mo-
„do sumus mundum habere terminum debere tanquam ex
figura Jericho, cuius muri ceciderunt in septimo circui-
„tu arcae Domini non omnino habet infallibile fundamen-
„tum: licet Jericho mundum sive defectum solet significare.
Item completio numeri praedestinatorum, qui numerus soli
Deo cognitus est Indubitatum signum est finis mundi, cum

De Statibus

Electi à Deo sunt finis propter quem mundus Creatus est, ut in illis reluceret Divina bonitas. Et hoc est de mente Pauli ad Ephes: 4. ubi probat Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Pastores, Doctores in Ecclesiastica Hierarchia ad consumationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi deputatos esse à Deo donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filii Dei. Et loquitur de praedestinatis quos ponit ultimum finem propter quem mundus retardatur, cum dicit etc. Non ergo praesciti sunt de principali intententione, propter quos mundus durat: licet et in ipsis Deus suam iustitiam et potentiam demonstraturus est: sicut olim in Pharaone et Sodomitis. Gregorius tamen Papa circa finem suorum moralium ~~ait~~, non longe ante finem videtur sentire, quod mundus non credatur stare usque centum generationes. Et notum est ex Evangelio Luca quod ab Adam usque ad Christum erant completo 73 generationes in quinque millibus et ducentis annis, et tunc post Christi adventum restarent adhuc 24 ~~usq~~ generationes usque ad centum secundum Gregorium. Et iam scribitur 1445 anno: quod utrum verum sit ego non definio. Joannes tamen in Apocalyp: in revelatio-


„nibus suis de effectibus principalioribus, et plagis no„
„tabilioribus videtur directe praefigurasse usque ad diem
iudicii; licet in obscurioribus figuris, quas nullum intelle„
„ctum humanum ~~posse~~ puto posse exponere, nisi quem spi„
„ritus eiusdem Joannis illustraverit. licet multi diversa con„
„iecturari possunt nihil tamen infallibiliter praedicere sine
spiritu Prophetiae. Item sequitur quod omnes Poenae et plagae
inflictae et prius et modo in figura veteris legis olim proce„
„sserunt, quarum causae cognosci possent ex prioribus, et du„
ratio earum et finis si quis ~~tanti~~ tam praecellentis esset ~~ingen~~
ingenii ut proportionare posset ista istis. Quia ex scriptu„
„ris omnia ad nostram doctrinam tradita sunt: et ista
tempora in illis erant expressa. Ulterius claret quod poenae
aliquando infliguntur sine culpis, non tamen sine causa.
~~ut~~ patet in Job et Tobia. Sed raro vel nunquam legimus
Communitatem aliquam fuisse punitam, nisi ob reatum
aliquem praecedentem: licet personales poenas legamus vel
ad Dei gloriam manifestandam, aut augmentum meriti
fuisse inflictas. patet in diluvio, in Sodomis, in captivitate
decem tribuum, et captivitate Babylonis et caeteris. Cum
autem punitur communitas boni et mali simul puniuntur.
Boni ut aurum in igne purgantur, mali ut palea fumigant.


Non ergo quid patimur, ~~sed~~ sed quales patimur conspicien-
-dum. Deus etiam in poenis servat proportionem culparum
ut maiores culpae acerbioribus poenis curentur, ut pri-
-us tactum. Nam dicit ipse geneseos 15. Nondum completa
sunt peccata gomorrhaeorum, scilicet nondum meruerunt
tantam poenam ut amitterent terram suam, nisi post
quadringentos annos, ut ibidem patet: Ideo oportet adhuc
eos sustineri. Ex istis potest lector diligens cognoscere qua-
-lia sunt ista tempora in quibus tanta schismata sibi suc-
-cedunt. Nam a tempore Constantiensis concilii: in quo
unio ecclesiae facta est de veteri longo schismate, parvo
intervallo stetit ~~in~~ Ecclesia in unione. Et heu multo gravi-
-us schisma est exortum, nescitur quando finiendum. Ex
praemissis omnibus colligendum, secundum quod dicit Ber-
-nardus hora novissima tempora pessima sunt. vigilemus,
quilibet cautè circumspiciat hoc fallaci et effeminato tem-
-pore, in quo statu se recolligat. Consultius quilibet ageret
animam suam salvare volens, ut quantum in ipso esset à se
pondus saeculi abiiceret, non in magnis ambulans, neque in
mirabilibus super se, sed sede humili contentus sibi et Deo
vacans, non se ingerens ventis tentationum saecularium
dignitatum, aut curarum, aut corporalium voluptatum:

ubi frequens pugna et raro victoria; statum eligens pœ-
nitentialem: ubi de preteritis planctum faceret, et de fu-
turis caveret, expectans tranquillum suæ dissolutionis
diem; in quo omnia huius mundi concupiscibilia auffe-
rentur, perpendens illam Leonis Papæ sententiam. Non in
abundantia verbi, non in astutia disputandi, non in altitu-
dine potentiæ sæcularis, sed in vera humilitate et patientia
Christianæ religionis summa consistit: præsertim hoc no-
vissimo tempore, quod indubitanter ultima ætas existit
mundi. Quanto magis appropinquasse cernimus mundi fi-
nem, tanto studiosius currendum est ad bravium salutis
non applaud~~entes~~amus, aut falsæ blandi~~entes~~amus nobis de lucrifactio-
ne aliorum per prælaturas aut officia prædicationis
publica aut flore eloquentiæ ornati sermonis aut philoso-
phiæ sæcularis. sub his enim umbris latet aut ambitionis
aut vanæ gloriæ aut cupiditatis venenum animam illaque-
ans inspiratum proculdubio ab eo de quo in Job dicitur: testi- – ς nervi
culorum eius perplexi suadens sub colore fulgentis auri
lutum detestabile. Cum heu hodie parvum fructum cerni-
mus inter sæculares de prædicationibus et exhortationibus
verbi Dei. nam apud plurimos vilescit atque viluit. expedire
ergo quilibet sibi debet credere: sicut Poeta ait. Tu tibi luis,

„qs caveas: Si aures surdescunt caeterorum, ut intra se
reconditus studeat componere et ordinare motus animi
sui, quod non parvi temporis, nec minimi sudoris, imo
pergrandis existit. Sicqs hoc muliebre tempus sibi non
sentiet damnosum. Sed in continuo certamine constitutus
dei adminiculo ad victoriam aspiret, quod est bravium su„
„pernae vocationis, Divinae speculationis ineffabilis Trini„
„nitatis, ad quod nos perducat Jesus
per saecula benedictus.
Amen.

1762. 20. decembr:





De VII Statibus Ecclesiæ.

In Apocalypsi Descriptis. & De Authoritate Ecclesiæ, ac eiusdem Reformatione.

Libet præter ea, quæ dicta sunt, speculari conformiter de sanctis revelationibus Joanni in Apocalypsi ostensis à præmissis non alienis. Ipse enim Joannes post visionem specialiter de septem Ecclesiis et earum Angelis id est Episcopis factam stilum suum vertit ad generalem Ecclesiæ universalis statum describendum à temporibus Apostolorum usque ad secundum Christi adventum: in 6.° et 7.° capitulis. Quem statum nomine septem sigillorum figuravit. Quæ septem sigilla agnus, id est, Cristus occisus, aperuit. Et apertio sigillorum non est aliud, nisi statuum Ecclesiæ manifestatio usque in finem seculi. Aperto primo sigillo: visus est equus albus, id est status Ecclesiæ tempore Apostolorum purissimus. propter Baptismi gratiam per eos prædicatam, et vita

sanctimoniam quæ illo tempore viguit in numero fidelium ut Actuum 2. Apostolorum testatur historia. Erant, in=quit, illis omnia communia. In quo statu Simon magus cum omnibus successoribus suis erat eiectus et damnatus. Qui proh dolor hodie in universo pene orbe sua semina ve=nenosa in medio tritici superseminavit, et ut vereor ego, sinenda crescere usque ad messem, cum paterfamilias dictu=rus sit. Colligite zizania et alligate ea in fasciculos ad comburendum. In apertione secundi sigilli vidit Joan=nes equum rufum, id est statum sanctorum Martyrum tempore Tyrannorum scilicet principum et Imperatorum gentilium à tempore Neronis usque ad tempus Constantini a S. Sylvestro Baptizati. In quo statu multa millia san=ctorum stolas suas in sanguine agni, scilicet Christi, rubricaverunt, scilicet passionem Christi imitantes. Nam ut littera ibidem: sumpta est pax de terra, et datus est sessori equi illius gladius magnus. In apertione tertii sigilli, id est in tertio statu ecclesiæ vidit Joannes equum nigrum, qui est cœtus hæreticorum ecclesiam persequentium. niger in vitiis in quo nulla claritas lucet veritatis, nec albedo æquitatis. Et qui sedebat super equum nigrum, scili=cet diabolus regens hunc equum habebat stateram in manu

sua, scilicet perversam scripturæ expositionem ~~in manibus suis~~ flectens eam faciliter ad quamcunque partem desiderat sicut hæretici facere consueverunt. Et hoc tempus erat tempore Arii et aliorum: ut in Ecclesiastica narratur historia. In quo concurrebant sancti Doctores prius dictam iustam libram idest rectam expositionem in manibus suis gestantes. quod ita esse præterita sæcula non ignorant. In apertione quarti sigilli, visus est equus pallidus: id est, in quarto statu vigue=runt hypocritæ falsa religione palliati: et qui sedebat super il=lum, nomen illi mors: id est, æterna damnatio illis debetur. unde infernus sequebatur eum ut dicit littera. Et data est sessori illius equi potestas super quatuor partes ~~mundi~~ terræ idest a Deo ~~pro~~ per missa interficere gladio iniquitatis et dolosita=tis: fame idest carentia verbi Dei; peste, idest, doctrina mortifera: coacervabunt enim sibi homines illius temporis magistros prurientes auribus, loquentes eis placentia. et bestiis terræ, idest, unient se principibus ad se fortifican=dos in viis suis. et hoc super quatuor partes terræ, id est in om=nibus mundi finibus abundat cœtus hypocritarum. In quo statu, ut arbitrari possim, hodie laboramus. In omni=um enim hominum genere ficto sanctitatis viros et foe=minas videmus, quorum aut Deus venter est, aut famam

aucupant laudis humanae et pro aliis honorari et venerari volunt, praecellere caeteros in mundi sapientia, in doctrina excellentia, in operum exteriorum excellentia: cum tamen plures vacui cernuntur in vero virtutis scilicet humilitatis refulgentia. Quod quam verum sit considerans studia hominum ad quos fines tendant palpare potest. Sub colore enim honestatis militat pene omnis humanae conversationis actio etiam in his qui animabus lucrandis deserviunt. Ideo enim pallidi coloris equus describitur, quasi speciem praeferens mortificatae carnis ad ostendendam hominis exterioris sanctitatem, nec tamen plene speciem habens albedinis seu puritatis. In apertione quinti sigilli vidit Joañes sub altare Dei animas occisorum propter verbum Dei, et propter testimonium quod habebant vindictam petentes de his qui habitant in terra; Et dictum est illis: ut quiescerent adhuc modicum tempus donec impleatur numerus fratrum eorum qui interficiendi sunt, sicut et illi. Qui status quintus credendus est partim competere animabus sanctis iam exutis corporibus: Partim etiam sanctis adhuc in hac vita degentibus etiam tempore pacis Ecclesiae. Qui licet materiali gladio non trucidantur tamen seipsos mortificatione desideriorum carnalium

quotidie mactant. Quasi videntes se ubique hypocritis et fictis hominibus sive religiosis sive saecularibus circum-datos: taedio affecti longitudine temporum et acerbitate hy-pocritarum ubique praevalentium orant dissolvi et esse cum Christo. Et vere molestiorem statum quoad quotidianam internam et externam pugnam tam diuturnam in hoc tem-pore pacis intelligere et sentire possunt hi, qui se in inno-centia vitae conservare volunt, quam illi priores sancti, qui licet acerbiori quoad poenarum genus, celeriori tamen quantum ad tempus, morte suam vitam finierunt. Isti igitur duo status immediate praecedentes videntur mihi concurrere in unum tempus, scilicet modernum: licet non in unum quoad actiones in uno tempore agendas. Non latuit hoc genus hypo-critarum S. Paulum ~~ad~~ 2 ad Thimotheum 3. Inter caeteras pestes novissimorum temporum, ubi ait: habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes: et aliis etiam locis similibus. In apertione sexti sigilli, quod nihil aliud est, quam manifestatio, terrae motum fieri, et solem denig-rari sicut saccum cilicinum, et lunam fieri sanguineam et stellas cadere super terram, et caelum recedere sicut liber involutum etc. ut patet Apocalyp: 6. circa finem. In quo signatur tempus Antichristi, qui impugnaturus est Ecclesiam.

In quo tempore fiet magna commotio secularium contra Ecclesiam et sol, id est, Christus alios illuminans vilissimus reputabitur à reprobis sicut saccus cilicinus vilescet, et opi-
nio Christi pro nihilo reputabitur dominantibus reprobris et deficientibus Electis, quia nullum signum Deitatis ostendet adiuvando suos. Imo Christus dicetur peccator et seductor, et dignus poenitentia, quia saccus cilicinus est habitus poeni-
tentium. Et tunc luna, id est, Congregatio fidelium fiet sicut sanguis, quia sanguis multorum effundetur aut vilis re-
putabitur, et contemnetur, sicut sanguis conculcabitur. Et stellæ cadent in terram, id est multi prælati et doctores adhærebunt Antichristo, et suis terrenis promissionibus ad instar sicorum, quæ non firmiter adhærent ramis arbo-
rum. Et Cœlum secundum literam recedet sicut liber invo-
lutus; id est sancti, qui pluviam verbi Dei spargere consue-
verant, et mysteria Dei annuntiare aliis debebant occulta-
bunt doctrinam pro nimietate persecutionis Antichristi: sicut liber involutus continens in se et contegens veritatis scripta a notitia hominum; quia celabunt sapientiam suã, annuntiare non audentes, et fugient a conspectu hominũ. Et montes, id est, alti in virtutibus, et Insulæ, id est, sancti tribulationum fluctibus turbati de locis suis moventur,

id est, separabuntur a cœteris perversis. Et Reges, principes, tribuni, fortes et divites, liber et servus abscondent se in spe-
„luncis, et petris montium, et dicent montibus et petris.
Cadite super nos et abscondite nos à facie sedentis super thro-
„num, et ab ira Agni. Id est maiores de Ecclesia spirituales
et sœculares petent suffragia angelorum et aliorum sancto-
„rum: ut protegantur eorum orationibus ne et ipsi deficiant
in istis persecutionibus Antichristi, sicut et reprobi, et ne
similes aliis efficiantur negantes Christum, ut evadant
iram agni, id est damnationem æternam, ne et ipsi acerbi-
„tate pœnarum vincantur sicut cœteri. Et quis poterit stare
scilicet in tantis tormentis, seu etiam voluptatibus non vin-
ci? quasi dicerent: nisi adiutus precibus sanctorum nemo
potest firmiter stare in confessione veritatis. Deinde in
Capitulo 7. Post acerbitatem persecutionum ponit consolatio-
„nem fidelium de prohibitione persecutionis nimiæ, et de
adjutorio angelico, ne persecutores tantum, quantum velint
inardescent, et ne noceant terræ, mari, neque arboribus id est,
habitantibus in hac vita, quoadusque sancti Angeli custodes
fidelium, signent servos Dei in frontibus eorum, id est,
prædestinatos distinguant a prœscitis. Et Joannes audivit
numerum signatorum, 144000 signati. Et vidit turbam

magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, tribubus et linguis: ut ex tribubus Israel filiorum et gentibus fiet unum ovile et unus eorum pastor. Ecce magna consolatio fidelium post pronuntiationem persecutionis antichristi. Deinde circa finem septimi capituli ponit Joannes septimum et ultimum statum Ecclesiæ, cessante persecutione antichristi et eo occiso in apertione septimi sigilli, cujus qualitatem exprimit dicens. factum est silentium quasi media hora in coelo: idest, pax reddetur Ecclesiæ ut libera fiat sanctis prædicatio ad confortandum fideles, et ad pœnitentiam agendam illorum qui deviaverant, hoc fiet parvo tempore, secundum Bedam, Hieronymum et Danielem per 45. dies. Quanto autem tempore mundus post hoc stabit puto neminem scire de communi lege. Ideo Danielis 12. legitur: quod ipse dixit Angelo. Domine! Quid erit post hoc? et ait ei angelus. Vade Daniel quia clausi sunt, signatique sermones usque ad tempus præfinitum. Posuit tamen angelus tempus, quamdiu duratura esset persecutio antichristi: scilicet dies mille ducenti nonaginta: qui dies complent numerum annorum scilicet tres anni cum dimidio, quibus antichristus regnabit: quo mortuo dabuntur electis 45. dies pro pœnitentia. Qui additi ad dies primos faciant dies mille tricentos triginta quinque: quos etiam

In Apocalypsi descriptis ,

Angelus in eodem capitulo circa finem enumerat dicens: Bea,
„tus qui exspectat, idest, perseverare potest pra acerbitate perse,
cutionis, et pervenit, scilicet poenitendo, ad dies 1335. Et
credo secundum intellectus mei parvitatem et temporum, ac
hominum temporis nostri qualitatem, quod hodie currunt
ea quæ dicta sunt in quarta et quinta visione, quæ durabunt
usqs ad adventum Antichristi. licet etiam habitudines alio,
„rum trium statuum possunt in tempore aliquando nostris
temporibus inter venire, scilicet equus ~~ruffus~~ albus partialis:
rufus scilicet persecutio tyrannorum, et niger idest hæretico,
„rum pravitas, in quibusdam saltem partibus: ut ante annos
fuit persecutio Bohemorum quo ad articulos fidei et Ecclesiæ
contrarios. unde sequebatur magna sanguinis effusio tam in
clero, quam in vulgo. tamen prioribus temporibus universalio,
„res et majores erant. sicqs quasi noster status mixtus est
cum aliis: licet multitudo et magnitudo hypocrisis principa,
„lem sibi vendicat nominationem. Et ut verum fateor non
habeo aliquas apparentias in sacris libris aut infallibilibus
rationibus quod status nostri temporis generaliter reformari
debeat, aut possit dietim in peius moribus hominum crescenti,
„bus, sicut et in processu rerum naturalium, et elementa et
elementata viribus suis decrescunt. Imo verisimiliter opinabi,

„bile mihi est statum præsentem continuandum, imo peiorandū
usque ad sextum statum Antichristi; cum experientia docente
cognoscimus hos magis contraniti reformationi generali
Ecclesiæ, quos magis deceret toto conatu ad reformationem
tendere, cupiditate, primatu honoris eos ad hoc impellente
Et si quandoque conatus Deum timentium ad reformationem daretur,
in hoc mundo celebres et potentes viros plus ecclesiasticos,
quam seculares videmus se fortiter opponere adhæsionem sibi
attrahentes principum, et potentum secularium; quorum
multitudo aut potentia scintillam inchoatam extinguit.
unde Deus iusto suo iudicio vilescere facit statum religiosorū
et personarum Ecclesiasticarum. Inde bella ac lites in pluri,
„bus mundi partibus invalescunt; impugnanturque viri
spirituales tam à secularibus, quam a spiritualibus: quod
et Joanni in dicta Apocalypsi revelatum est cap: 13. In quo de
impugnatione Ecclesiæ sub figura duarum bestiarum duplex
genus persecutorum Ecclesiæ depingitur. una descendit de
mari: idest, tempestuosa huius seculi procella: scilicet princi,
„pes seculares atque laici ecclesiam bonorum impugnantes.
alia ascendit de terra, idest quæ deberet stabilis et immobilis
persistere, per quam secundum glossam intelligitur malitia
clericorum, et cupiditas prælatorum Ecclesiam impugnantium.

In apocalypsi descriptis

quod quam late et clare patet, nemo qui sensum habet ignorat.
Nam et post reditum filiorum Israel de captivitate Babylonica:
ex filiis Israel primitus exierunt ~~filii~~ iniqui ad Reges gentium
qui conturbabant populum suum, ut Machaboeorum in principio
testatur historia. Sic in doctrinis quoadmodum conversandi
tam quoad ecclesiasticam dignitatem, quam quoad religionem
monasticam conversationem, per canonum aut iurium
determinationem, nec non per sacram Theologicam facultatem
tamen parva seu nulla circa ista fit executio. Leguntur s constitutio
quidem in cathedris, sed cum venitur ad praxim tunc canitur
canticum illud: modicum ibi, modicum ibi. et processu temporis
et frequentia multitudinis sic opposita virium robur accipiunt:
ut si quis oppositum dicere, aut facere velit, velud insanus aestimatur:
sicque de iustitia fit humana aestimatione iniustitia, et
defenditur vitiositas multitudinis, et laudatur peccator in desideriis
animo suo: sicut olim Sodomitas fecisse scriptura in
genesi testatur. hoc latissime hodie patet in ~~gravissima~~ simoniaca
pravitate. Arbitror enim homines in statu ecclesiae
praesentis tandem ante adventum antichristi ad infimum
gradum virtutum: imo ad profundum vitiorum perventuros
ut demeritis eorum exigentibus digni erunt filium perditionis
ductorem iniquitatis ipsorum suscipere: ut sicut in apocalypsi

dicitur. Qui in sordibus sunt, sordescunt adhuc, et ut dicit Christus Math: ~~10~~ 24. de temporibus novissimis. Quoniam abundavit iniquitas refrigescit charitas multorum: ut sic Deus in pœnam ponat eis offendiculum, et tradat illos in de-siderium Cordis eorum ad Rom. 1. ut procedant de vitio in vitium ducente eos filio iniquitatis. Continuabitur enim iniquitas hominum vitiosorum cum authore omnium malorum. Ideo in profundum malorum ut puto tunc homi-nes sunt futuri. non tamen inficior: quin semper iusti perseveraturi sint, nec defecturi filii salutis usque ad con-summationem mundi: secundum Christi promissum Math: ultimo. Ecce ego vobiscum sum etc: licet secundum magis, et minus. Tunc autem, ut ego puto, in minimo numero secundum dictum Christi: Veniens filius hominis putas inveniet fidem in terra? non quidem ut non inveniat, sed in paucis inveniet. Æstimo enim ante adventum filii perditionis in prælatis ecclesiarum oppositum reperiri, comparando illos prælatis ecclesiæ primitivæ, scilicet Apostolis: ut sit in illis cupiditas, ambitio, superfluitas, voluptas, negligen-tia proprius amor, et alienatio Divini timoris: quorum op-positam clarissimè patuerunt in patribus primitivæ ecclesiæ. In clericis vero et Deo sacratis populis immunditia, amor

S venturi

In Apocalypsi descriptis.

lucri temporalis, defectus prædicationis, corporis cura, vesti„
„um mollities, dissolutio morum, et conformitas secularis, ut
fiat sacerdos sicut populus secundum vocem prophetiæ. In Religio„
„sis verò tunc erit inobedientia superiorum, proprietatis usur„
„patio, vitæ dissolutio, transgressio statutorum a Patribus san„
„ctis editorum, et votorum ipsorum transgressio, solum habitûs
et tonsuræ ostensio: et nihil aliud nisi imago quodam depicta
religionis. Quod etiam hodie, clare speculantibus in multis
locis religionum reperitur, obstinato animo publicè defen„
„dentium suas iniquitates scilicet, etiam contra substanti„
„alia religionum militantes. Simplicitas enim, puritas,
et paupertas voluntaria exulabunt tunc à Religiosis,
quorum etiam hodie multi reperiuntur præcursores. Quis
sapiens et intelliget hoc? Erit tunc et status secularium
tam principum quam subditorum pene in omnibus confusus
studentes iniustitiæ, rapaces, violenti, incompassivi quo
sua sunt quærentes, innocentibus non parcentes, dolosi, frau„
„dulenti honorum secularium cupidi, avari, omni timore
destituti.„ laici verò criminosi, luxuriosi, mendaces, periuri,
Prælatis inobedientes, divitiarum amatores, voluptatum
sectatores, vilificantes omnia, quæ ad Dei cultum pertin„
„ent, et Dei cultores contemnentes. hæc et multa alia

etiam innumerabilia tunc reperientur tam in præambulatoribus antichristi quam et in antichristo, ut conformia fiant precedentia sequentibus. Et finis status ~~sequentis~~ precedentis quoad malitiam, fiat par malitiæ status sequentis, quemadmodum in alterationibus naturalibus fieri docet naturalis philosophia, ut gradus ultimus formæ accidentalis corruptione fiat pene similis primo gradui formæ generandæ; ut patet in mutatione aëris in ignem. l. primo de generatione.

De Auctoritate Ecclesiæ & eiusdem Reformatione.

Reformationem autem generalem Ecclesiæ extreme fore necessariam nostris temporibus mores corrupti totius orbis pronuntiant: cum revera pene omnis caro corrumpit viam suam. Sed quomodo eam fore possibilem in effectu fieri nondum est positum ad praxim. licet aliquoties per concilia generalia sit attentatum. Et licet quodam decreta in hunc finem prodierunt ab eisdem concilijs. [redacted]en tanta resistentia altæ dignitatis personarum tam spiritualium quam secularium facta est, ut vidimus, quod totum negotium lugemus infectum, et cum tempus pariendi advenisset vires non habuit parturiens. tanta denique crudelitate

debachati sunt repugnantes, ut non solum prolem sanctā scilicet reformationem ecclesiæ contempnant sed et matrē scilicet Auctoritatem conciliorum et eorum convocationem occidant: prout res in prospectu declarat, per quorum tamen conciliorum auctoritatem maior esset spes ad viā reformationis optinendam. Hæc vero via reformationis si esset possibilis aut immediate fieret a Deo per inspirationem, aut ab hominibus, neqꝫ enim videtur alia in terra danda. Quis dubitat de potentia Dei, si velit corda pontificum et principum sæcularium illuminare, ut quilibet se et suos reformet; Sunt enim corda hominum in manu Dei, ut quocunqꝫ voluerit vertat ea secundum scripturæ veritatem. Sed hactenus sic sine medio agere Deus non consuevit ne supervacuæ videantur scripturæ sacræ: et intellectuum illuminatio etiam humanitus concessa in his sicut et in aliis per media agere consuevit secundum Dionysiū. Est tamen alia via emendandi vitia humana, scilicet a Deo per poenarum et castigationum inflictionem, quam scriptura sacra ~~[illegible]~~ testatur in lib: Judicum: cuius etiam meminit David sanctus dicens. Cum occideret eos, quærebant eum et revertebantur, et diluculo veniebant ad eum. tamen non semper hæc via poenarum profuit perversis dicente Jeremia.

De septem Statibus Ecclesiæ

Percussisti eos nec doluerunt, attrivisti eos nec acceperunt
disciplinam: eiusdem 5to. Quod forte etiam modernis tempori-
-bus videtur in multis habere locum. Et in alio per Jeremiam
dicit Deus. Interfeci et perdidi populum meum, et tamen à
viis suis non sunt reversi. eiusdem 16. Has pœnas possemus
imaginari graves pestilentias, hæreticorum violentias
infidelium invasiones in ecclesia, captivitates Christia-
-norum per gentilium nationes, fames et huiusmodi:
quas in prophetis legimus comminatas, et ut patet in captivi-
-tate Babylonis filiorum Israel post eorum peccata. Si vero
per homines erit spes reformandi: hoc maxime resideret
apud præsidentes* tam Ecclesiasticos prælatos, quam prin-
-cipes terræ, qui non solum verbis persuasivis, sed comina-
-tionibus pœnarum vim haberent coactivam ad reforman-
-dum primo se voluntarie, deinde alios sibi subiectos, quoad
unam progeniem. Legimus in sacris litteris reformationē
Ecclesiæ factam per Reges sanctos scilicet David, Ezechiam,
et Josiam. qui ab idolorum cultura filios Israel compesce-
-bant, et ad Divinam legem conservandam homines revo-
-cabant. Etiam tempore Constantini Imperatoris ~~et tempore~~ et
B. Sylvestri Papæ legimus ~~etiam~~ Ecclesiam ab erroribus hæreticæ pra-
-vitatis præservatam, et errores multos extinctos.

et tempore Nicaeni concilii similiter. Ante quorum concilio-
-rum convocationem multae haereses invaluerunt, rabie per-
secutionis prohibente, ne fideles convocari possent ad erro-
-rum extirpationem. sic simili modo verendum, ne si no-
-stris longo tempore differretur conciliorum convocatio
impediretur ecclesiae ~~convocatio~~ reformatio. Nisi enim in
primitiva Ecclesia sanctorum Apostolorum et seniorum
fuisset factum in Jerosolymis concilium de observatione
legalium: error damnabilis invaluisset apud fideles:
prout testantur actus Apostolorum 15. Cum igitur tenea-
-mus perpotentes et praesidentes tam spirituales quam se-
-culares possibilem fore Ecclesiae reformationem tam in
capite quam in membris. aut ergo per unum hominem aut per plures?
Non per unum, quantacunque praefulgeat morum venustate
aut scientia, aut alia dignitate: etiam forte si miraculis
claresceret. Nam legimus + plures ~~pueros~~ tales fulsisse, quorum ~~forte + pueros ser talibus~~
tamen temporibus Ecclesia non fuit reformata etiam schis-
-matibus continuatis. Neque etiam (: ut puto :) solum sum-
-mum Pontificem. Nam de facto tot sunt editi canones decre-
-tales, et constitutiones per eosdem, et tamen incassum mem-
-branas occupant nulla sequente reformatione. Item quia
palpabiliter cernitur ipsam eius curiam maxime indigere

reformatione, sicut omnia clamaverunt ultima celebra-
-ta concilia generaliar. Quam suam curiam, si non potest,
aut velit reformare, quam sub aliis suis contegit, quomodo
credendum est, quod tam late diffusam reformare possit Eccle-
-siam? Etiam constitutiones, per quas creditur reformari
Ecclesia, debent moribus utentium approbari, et debent edi
cum consensu eorum, qui debent eis uti, alias non erunt
acceptabiles: nec forte digne acceptari possunt; quia ca-
-put sine membris nihil novi edere potest, de quo in prioribus
~~in~~ non est mentio facta. Item quia diceretur eidem: prius
medicinam tuis vulneribus dispone tanquam capiti, quo
sanato et membris facilius edes medicinam, quasi dicere-
-tur: Medice cura te ipsum: prius eiiciens trabem de ocu-
-lo tuo, deinde festucam de oculo fratris tui. alias prepo-
-stero ordine nihil proficies. Sale enim infatuato nil con-
-dietur. Ideo justo Dei iudicio minus acceptabilia sunt
sua decreta, nisi seipsum et suos reformaverit. Et hanc
profecto potissimam, reor, causam deformationis ecclesiæ
quia cernitur in capite vulnus, quod necesse habet ante
curari. Nam dicit unus de eis. Cuius vita despicitur, restat
ut prædicatio eius contemnatur. Et Paulus dicit. In omni-
-bus te ipsum probe exemplum bonorum operum. et talia

innumerabilia in libro de cura Pastorali B. Gregorii con-
tinentur. Unde mihi vix credibile videtur posse Ecclesiam
generalem reformari, nisi curia Romana fuerit ante re-
formata. Quod tamen quam difficile sit cursus praesentium
temporum manifestat. cum nulla gens aut natio fidelium
tantam resistentiam facit reformationi universalis Eccle-
siae sicut natio Italica, et alii eis applaudentes spe pro-
motionis aut lucri aut temporalis commodi; aut timore
amissionis dignitatum ligati. contremiscunt enim solo
audita congregationis generalis Concilii, cum sciant per
experientiam, quod generalia concilia palpare nesciunt,
sed corrigere et emendare sine personarum acceptione.
Cum ibi congregentur de omnibus mundi partibus, qui
vitiis non parcunt, nec amore nec timore seducti. facilius
invenitur veritas passionibus humanis seclusis: imo
nec veritati patere potest aditus oculis rationis per passi-
ones obnubilatis. Providentesque ex parte Papae Patres Con-
cilii, quia vident contra Dominum suum et contra se negoti-
um conciliorum disponi, quid aliud agere existimandi
sunt, quam ut tota auctoritate decretis conciliorum obi-
cem ponant? aut per dissolutionem conciliorum, aut per
discordiarum seminationem: sicque opus totum redditur

infectum, ac per hoc itur in antiquam sylvam: scilicet erroris et tenebrarum. Quod quam verum sit, nullus ignorat nisi inexpertus temporum præteritorum. Clare enim probat hoc tragœdia nostris temporibus in Basiliensi concilio pra-„cticata, quod hi norunt, qui rem oculis subiecerunt. Et ex hoc ortum est vulnus nescio quando curabile contra auctoritatem conciliorum generalium: ut abscedente Papa aut suis præsidentibus a loco concilii, vel differen-„tia exorta inter +Patres eiusdem, censetur consilium dissolutum, resideatque in persona Papæ de plenitudine pote-„statis authoritas dissolvendi, aut transferendi generalia Consilia: prout Eugenius olim Papa de anno Dni 1437 fecisse comprobatur. hocque venenum effusum est per eum in Ecclesia per adversarios conciliorum indelebiliter ob-„servandum, et litteris aureis, ~~aureis~~ in gestis concilio-„rum annotandum. ad quod refugium habebant in fulcimen-„tum sui erroris, ut subterfugere valeant correctionem et reformationem, ita ut etiam modernis temporibus frontose aliqui altarum scientiarum viri dogmatizare audeant, in quolibet papa residere plenitudinem potestatis, non solum super quolibet membro singulari Ecclesiæ, sed et super totam Ecclesiam concilialiter congregatam ad libitum ipsius

disponendi, decertandi, dissolvendi, transferendi, corrigendi, authorizandi, ita ut nullus ei audeat dicere. Cur ita facis? Et sic totaliter nituntur suffocare auctoritatem conciliorum contra decertationem ab omnibus acceptatam in Constantiensi et Basiliensi generalibus conciliis publicè promulgatam et contra pragmaticam sanctionem super hoc editam atque factam. Talesque sic dogmatizantes, et eis consentientes arbitrantur se obsequium praestare Romanis pontificibus: sed non advertunt quantum saluti adversantur eorumdem. Nam saluberrimam misericordiam et medicinam eisdem praecludunt, scilicet correctionem fraternam, et capiti Ecclesiae morbido non patiuntur adhibere medelam: quod quanto sit crudelitatis nemo sanus ignorat: ut Augustinus testatur in regula sua. Si enim singulis membris medicina est parata cur capiti denegatur? Cum hoc magis indigeat sanatione quam alia, quia eo aegrotante omnia membra aegrotare videntur. Nisi forte insaniens adhuc errorem prorumperet, quod diceret Papam esse impeccabilem, et indeviabilem: quasi ideo extra terminum viatorum volens eum collocare, non recensens Petrum primum Papam fuisse reprehensum a Paulo uno singulari et sibi inferiori: ad Galat: 2. Et Ecclesiastica historia, et speculum historiale, et certa ac indubitata experien-

+ melius decreta

„tia manifestat eum et in fide et moribus similem esse posse
ceteris peccatorem ex vertibilitate liberi arbitrii nondum
in bonum confirmati. Aufferre igitur à Papa correctionem
imo potestatem deponendi est maxima impietatis, et ipsum
statuere in plena audacia peccandi, et per consequens, fu-
„rioso dare gladium, ut seipsum sine resistentia interimat.
Mittunt igitur Papam in foveam damnationis, et cum eo dam-
„nantur, qui eum subesse ecclesiae universalis correctioni
contradicunt. Quo pacto igitur talis universalem ecclesiam
solus reformare valet, qui et ipse infirmitati subiectus est
indigens per se reformari, ut pono, quod sit aliquis talis. Et
quomodo filius Ecclesiae censeri potest, qui matri suae obedi-
„re contemnit, et quem ecclesia corrigere pro suis excessibus
non potest? et si non filius Ecclesiae: Quomodo erit haeres pro-
„missionis Ecclesiae per Christum factae? Prorsus se ab haeredita-
„te paterna alienum pronuntiat, qui se filium ecclesiae negat.
Ponere igitur se supra totam Ecclesiam, aut supra generalia
Concilia legitime congregata universalem ecclesiam ~~refor-~~
~~manda~~ repraesentantia non est aliud, quam totam spem refor-
„mationis Ecclesiae aufferre, et uni homini peccabili se com-
„mittere. qui et se et Ecclesiam ~~suam post suam ascensionem~~
per devia erroris ducere potest. Inde infert hoc inconveniens

quod Christus ecclesiam suam post suam ascensionem insu-
fficienter providit committens eam uni, qui eam in damna-
-tionem inducere potest, pro qua et eius salute ipse de coelo
descendens proprium sanguinem fudit, et animam suam
ponere dignatus est in mortem. Et quis Regum temporalis
peregre proficiscens, in omnem eventum et absolute et sine
Epikeizatione comitteret populum suum uni ad eum subguber-
-nandum ~~sub~~ sine omni conditione, et sine omni contradictione
singulorum, ne aliter facere auderet, quam ille proceptururus ~~erat~~ esset
sive bene, sive male: et non potius populus in unum congregatus
incarceraret aut deponeret illum perverse regnum gubernan-
-tem? Sic ~~sponsa~~ de sponsa per sponsum peregrinantem uni mi-
-liti, qui eam stuprare vellet: deberetne ei ex commissione
sponsi obedire? quis hoc nisi infans diceret? sic simili mo-
-do in Papa et ecclesia. Et quam mirum, si universalis Ecclesia
congregata argueret papam, ac etiam puniret si incorrigibi-
-lis esset: cum etiam asina Prophetam legitur arguisse, voce
hominis loquens. Num: 22. Et Apostolus dicit: sibi et suis
similibus datam potestatem in aedificationem et non in de-
-structionem. 2. ad Corinth: 10. Et quis auderet asserere quod
correctio fraterna in evangelio expressa non haberet locum
in Papa: cum et ipse frater sit censendus? Et si Ecclesiam scan-

ndalizaret per publica crimina, aut ad malum filios Ecclesiæ traheret, aut per eius desidiam et negligentiam oves sibi commissæ in præcipitium ruerent, quod nullum deberet aut posset habere correctorem, qui eum moneret semel, bis, aut tertio, et postea eo indurato posset procedere ad depositionem eius alio utiliori substituto. Aliud dicere persuasum mihi videtur impium esse et iniquum. Et nisi in futuro concilio celeri remedio provideatur huic veneno recenter introdu-cto de auctoritate conciliorum supra papam, cuius contra-rium dogmatizant aliqui et maxime de curia papæ et eius-dem assentatores: clarum est quanta inconvenientia inde sequatur. Primo quia datur Papæ audacia impune peccandi et disponendi omnia negotia ecclesiæ ad libitum suum. 2do Quia datur subiectis occasio in toto orbe vilipendendi, imo contemnendi constitutiones, ordinationes et mandata Papæ. videntes enim Romanos Pontifices non curare ~~pro~~ decreta sacrorum canonum, pro libitu dispensare ea, et contravenire eisdem. quid aliud quam iusto Dei iudicio per-mittuntur subditi, ne et ipsi stent in obedientia constitutio-num Papalium, et murmurent dicentes: Tu primus Pater legem quam tulisti observa. minimus enim in regno cælorum vocabitur is, qui solverit unum de his mandatis minimis

In Apoclypsi descriptis etc;

et docuerit: vox est salvatoris. sicque derisioni patebit
apud mentes secularium sedes Apostolica ut in praesentiarum
est videre. Nec ecclesiasticae censurae per spirituales iu-
-dices lato hodie curantur. Cum enim Pastor per abrupta
graditur necesse est ut per praecipitium grex sequatur.
3tio sequitur quod si fieret [1 in antea] convocatio concilii generalis to-
-tius germaniae principes et praelati, doctores et magistri
se subducerent a concilio. Ex quo enim tota dispositio ecclesiae
in mente unius peccabilis hominis residere debet: ut olim
Eugenius papa decrevit irritans decreta conciliorum trans-
-ferens de plenitudine Potestatis concilium ad Ferrariam
supervacuum esse videtur multorum congregatio. ubi
unus solus contra aliorum vota debet et potest auctori-
-zare, maxime cum causa exigeret, quod negotium Papam
tangeret: max enim excitaretur discordia, et recederet
praesidentes et fieret dissolutio concilij. Et quomodo in con-
-cilio constantiensi, non obstante recessu Papae et suorum
decretum fuit integrum mansisse concilium: cuius tamen
oppositum est practicatum in concilio Basiliensi [2] Et quis
in antea frequentaret concilia? Revera Jeremias si adesset
posset iterare suos threnos: dicens. viae conciliorum lugent
eo quod non sunt, qui veniant ad solemnitatem. Ex inde lu-

„dibrio ducerentur concilia maximè quia videmus, quod omnia, quæ tantis laboribus et impendiis in retroactis con„ciliis elaborata sunt penitus irritantur, et tanquam pul„veres ~~in~~ ventis obnoxij conculcantur. Fontale vero prin„cipium omnium illorum malorum est secundum apostolicæ cupiditas, quæ sibi vendicat locum pene in omnibus cleri„cis: quoniam secundum Jeremiam, a maximo usque ad minimum omnes avaritiæ student, ad quam satiandam non reperiunt Ecclesiastici viri comodiorem oportuni„tatem, quam in adipiscendis dignitatibus, beneficiis eccle„siasticis, et sentiunt conferri per Papam. qui sibi per hoc attrahere consuevit pene totam Ecclesiasticorum virorum cohortem. Ideo adhærentiam copiosam sibi parit per horum provisionem. Sed quia + generalia concilia per sua decreta saluberrima providere voluerunt: ut secundum sacrorum canones veteres ab inspiratione spiritûs sancti emanatos beneficia Ecclesiastica et iudicia debito ordine procedere possit de ~~anfratis~~ annatis non solvendis, de Electionibus secundum Cano„nes faciendis, de reservativis gratiis extirpandis de benefi„ciis per locorum ordinarios conferendis, de caussis in provin„ciis judicandis secundum Concilium Niconum et aliis multis, quibus auditis cupiditatum servi totis viribus se opposuerunt,

+ melius enim

et decreta et Concilia detestantes, confugeruntque ad sedem apo-
„stolicam, quae libenter favit eisdem eodem morbo laborans,
quae sub occasione abundantiae, quam necesse haberet Pontifex
summus, ne egeret pro sua curia sustendanda omnia irritata
relabens in antiquum morem a Canonibus improbatum,
quasi non esset alter modus providendi curiae et sedi Aposto-
„licae quam iste improbatus. Sicque abusus iste revixit, et
beneficia venduntur et portantes magis tumentes sacculos
licet etiam minus idonei beneficia pinguiora reportant
aliis dignioribus repudiatis. Sic etiam synodus Basilien-
sis per organum Juliani Cardinalis sancti Angeli Amba-
„siatoribus Domini Eugenii papae dedit pro responsis de an-
„no Domini 1435. in responso quod incipit: Deterret. Et
ut lucidius de Authoritate Papae speculari valeamus, ap-
„prehendamus viam resolutoriam circa personam Papae.
Prima resolutio ostendet nobis naturalem eius absolute in
qua par est rebus omnibus naturalibus, ex materia,
forma, compositis nihil ei amplius tribuens quam alteri
elemento et elementato scilicet simplici atque mixto, scilicet
lapidi et ligno. 2da. Resolutio eius ostendet ipsum animal
sensitivum et potentia sensitiva decoratum in qua passio-
„nes fundantur: scilicet Ira, timor, amor, cupiditas, gaudium,

spes, dolor, ut declarat Philos: 7 Physicorum. Et quantum ad hanc resolutionem circumscripta ratione est ipse et alij homi„nes non aliud quam bestia, animal, brutum. Tertia resolu„tio eius ostendit hominem rationis capacem, qui legibus Divinis et humanis est informabilis ad imaginem Dei con„ditus à bono malum discernens. Et quo ad hoc similiter nihil habet Papa ultra alium hominem simplicem. Quarta residet resolutio circa Papam quæ competit ei ex electione canonica per illos facta, quibus de iure competit potestas Eligendi, per quam traditur sibi authoritas et ministeri„um supra membra Ecclesiæ a Deo principaliter, licet mi„nisterialiter ab electoribus et instrumentaliter: secun„dum quod undecim Apostoli Mathiam elegerunt dicentes Deo: ostende quem elegeris etc. quasi dicerent, quem tu Divinitus elegeris ostende tu nobis. Per hanc sortem igitur Deus est principalis elector et collator authoritatis apostoli„cæ: homines vero solum indicative, cum non potest ali„ud signum Divinæ electionis haberi quam præmissa S. Spiritus invocatione pluralitas vocum, et consensus plurimorum. Et hæc resolutio præsentat nobis Christi vicarium a Deo electum: Et inde surgit auctoritas Papæ ut habeat potestatem dispensandi mysteria et bona Dei.

In Apocalypsi descriptis etc:

secundum Paulum 1. ad Corinth: 2. Sic nos existimet homo
ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei. Fluit
et emanat igitur hoc potestas à Deo: secundum quod regule
divinitus tradita docent dispensandae. aliter enim vicarius
fidelis non debet negotia principalis committentis dispone-
-re, quam ut revera scit, ipsum principalem velle. alias non
esset fidelis dispensator, cum conformes debeant esse actus prin-
-cipalis actoris et instrumenti, quod ab actore dirigitur. Qui
vicarius si regulam principalis constituentis egreditur, et
transgreditur iam resilit ab illa parte resolutionis et labitur
ad inferiores, hominis, aut bestiae. unde ut sic non est eius vi-
-carius. dicit enim Paulus 2. ad Corinth: 2. Si quid donavi
propter vos in persona Christi: glossa. ac si Christus donasset.
conformans se in donatione sua Christo: scilicet vice et autho-
-ritate Christi, quasi ipsius et Christi esset eadem donatio et
dispensatio. Si igitur exit Papa has regulas Christiani, in-
-duit personam hominis aut bestiae. Inde est, quod si contraria
Christo iubet in peccatis dico mortalibus, hoc non agit ut
Papa, sed ut bestia ratione non participans. igitur non est
inobediens censendus, qui ei in talibus non obtemperat,
saltem dico directe contrariis Christo. caeteris vero indiffe-
-rentibus sibi iudicium relinquitur: ut fideliter, prudenterque

dispenset ut iusta ratione æstimat Christum sic velle si ipse per se adesset. Ideoque Paulus hanc resolutionem non ignorans dicit ad Romanos 13. Non est potestas nisi à Deo: qui potestati resistit ordinationi Dei resistit. Ponit in„„quam in abstracto potestas, non in concreto potens, qui potens potest esse non a Deo, sed Potestas semper à Deo est. quia offi„„cium potestatis semper iustum est, quia ordinationi secun„„dum regulas Dei rationabiliter institutum est, licet po„„tens ea abutitur: et non ex me etc. Et Joann: 19. dicit Christus Pilato, non haberes potestatem ullam in me, nisi tibi data esset desuper. Potestas igitur iusta erat, sed ille ea abutebatur iniuste Christum condemnando. unde subdit Paulus. Qui potestati resistit ordinationi Dei resistit. non dicit qui potenti ~~resistit~~ in concreto resistit abutenti sua potestate, Deo resistit. Imo talis sic resistens contraria Deo præcipienti, non Deo resistit, sed ei se conformat. Non igitur tanta potestas in omnem eventum data credenda est papæ, quod omnia ad libitum suum disponere habet postposito respectu ad Deum constituentem: non enim sunt dona propria, sed Dei: ad cuius honorem et utilitatem de„„bet omnia mensurare. Non enim putandus est Deus quod in homine indiscreto suum arbitrium scienter posuit:

s conforme

\+ quia ut de homine alio puro arbitrandum est. In cuius Exemplum respiciamus primum Papam Petrum, qui cum in vero fidei confessione Christum Dei filium pronuntiasset dictum est ei ac Christo. Beatus es Simon Bar-iona. Cum vero a vera Dei regula quoad Christi passionem impediendam deflexisset, licet pie id visus fuisset sensisse, et dixisset. Absit a te Domine! non erit tibi hoc. Respondit Jesus Petro: Vade post me sathana scandalum ~~es~~ mihi es, quia non sapis ea quae Dei sunt, sed ea quae hominum. Math: 16. Ecce qualis mutatio facta est in eodem homine: non persona mutata sed merita: de beatitudine sathan. Et si simile contingeret in persona Papae: cur non simile sibi attribueretur in appellationem cum sit ipse accessor Petri? Non inde potestas culpatur sed vitium personae in reprobum sensum mutatae. Cur ergo quis audeat dicere, papam non posse corrigi aut deponi per ecclesiam conciliariter congregatam? Tamen tunc non censetur agere ut Papa, sed ut vitiosus degenerans de dignitate papali, si incorrigibilis existit et scandalizat ecclesiam: sicut Petro dictum est: scandalum mihi es. Cum dixit Christus Math: 18. Qui scandalizaverit unum ex pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris. Vae homini illi per

\+ melius
quia id nec de homine aliquo puro arbitrandum est.

quem scandalum venit. si unum de pusillis scandalizans talem pœnam meretur, quid de isto qui totam ecclesiam scan-dalizat? Et quis erit executor pœnæ nisi ille, vel illa? De quo dixit Christus: dic ecclesiæ, tanquam superiori te, quia Petro Papæ hoc dixit tanquam inferiori ecclesiâ, quæm ubique non ad inferiorem cômisit, sed ad iudicem superiorem, secun-dum Divini et humani iuris dispositionem. Neque ideo quia ministeriale caput super singula membra ecclesiæ est constitu-tus, ideo nobilior et dignior dicendus est totâ ecclesiâ uni-versali, quia et papa est censendus inter membra ecclesiæ cui-us principale et essentiale caput est Christus, secundum illud ad Ephes: 4. veritatem facientes in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput nostrum Christus, ex quo totum corpus connexum et compactum etc. Sumus enim omnes Christiani tam papa est quam alij corpus Christi, et membra eius. unde oportet et ipsum papam subiectum esse legibus Christi et totius corporis Christi, quod est ecclesiâ ad Ephes: 4. Nec mirum quia etiam si Angelorum eminen-tia aliud doceret, quam ecclesia catholica decreta esset se-cundum sancti spiritûs inspirationem, quem residere in Ecclesia universali non est dubium anathama esset cen-esset censendum ad galatas 1. quanto magis si homo

mortalis et vertibilis de malo in bonum et è converso passi,
,onibus et erroribus diversis subiectus aliter doceret anathe,
,,ma esset dicendum scilicet Papa: cui nunquam legimus,
tantam assistentiam indefectibilem divinam pollicitam esse,
sicut toti Ecclesiæ Christo dicente. Ecce ego vobiscum sum
usque ad consumationem mundi Math: ultimo. Neque Petro
tanta affuit assistentia incommutabilis, quin et ante pa,
,,ssionem Christi et post eiusdem passionem legitur cecidi,
,,sse a veritate. Scimus etiam Christo teste, ipsum esse vi,
,,tem omnesque alios palmites, inter quos et Petrus Papa
erat connumeratus. de quibus palmitibus dicit. Omnem
palmitem in me non ferentem fructum, agricola tollet eum
et in ignem mittet, et ardet. Et per quem potius tollendus
est palmes, nisi per Ecclesiam universalem, cum et Papa
sit palmes in vite Joan: 15. Hæc omnia quæ promissa
sunt in dictum finem militant: ut sciamus per unum ho,
,,minem defectibilem Ecclesiam reformari non posse. Et
quod Ecclesiæ universali Concilialiter congregatæ Papam
esse inferiorem non dubitemus: Et quod Authoritas Ecclesiæ
integrè servanda est super omnem, quacunque profulgeat dig,
,,gnitatem, etiamsi Papali in his quæ ad fidem et schismatis
extirpationem et ad generalem Ecclesiæ reformationem

pertinent in capite et in membris: quodque concilium punire potest et debet quemlibet etiam Papam, qui contumaciter sta-
-tutis et praeceptis eius obedire contempserit, ad alia etiam iuris remedia, si opus fuerit, recurrendo. Ex praemissis infertur, si universalis ecclesia tam in capite, quam in membris reformari debet: oportet hoc fieri per totam eccle-
-siam conciliariter congregatam à capite incipiendo. Neque enim spiritus mendax credendus est fuisse in ore omnium illorum celeberrimorum virorum in Constanti-
-ensi synodo congregatorum, qui hoc sanxerunt per de-
-cretum: frequens. licet quidam ex Italica natione, de tol-
-lerabilibus Papæ moleste illud tulerunt: postea tamen omnes consenserunt de superioritate cocilij generalis super Papam: licet inimicus homo semper seminat iterum ziza-
-nia. Quid ergo? putamusne Ecclesiam posse recipere re-
-formationem generalem: et quidem ad hunc statum deve-
-nire, ut omnia vitia tollentur ab Ecclesia? Ego iudico im-
-possibile humano modo; quia nunquam ab exordio mundi fuit possibile ab Abel à quo cœpit usque ad nostra tempora. Semper enim sathan mixtus erat cum filiis Dei: et sage-
-na Evangelica trahit bonos pisces cum malis, et virgines fatuæ mixtæ sunt cum prudentibus: et zizania crescunt cum

tritico usque ad messem. Conandum quidem est ut singula
eradicentur, sed omnia simul est impossibile: sed non
omnia simul. Sed est alia reformatio, de qua queritur. ut
scilicet ea quae sunt decolorativa statuum et personarum
tam secularium quam spiritualium ad rectam formam
perducantur: ut reformatio pacis inter regna et principes,
extirpatio haeresum et schismatum, simoniacae pravitatis
a curia romana et ab omnibus Ecclesiae prelatis, et Con„
„cubinariorum repressio [redacted] visitatio effectualis, et
utilis clericorum, provincialia et synodalia concilia
Idoneorum Prelatorum, Clericorum et Parochialium Eccle„
„siarum rectorum institutio, et ad ordinum promotionem
canonica et legitima admissio eorum, qui vita, aetate, et
scientia sunt idonei, Quitquid ad sacrorum ritum pertinet,
legitima executio, et quidquid ad Divini cultus honorem
in ecclesiis spectat, solers circumspectio: In religionibus
amputatio dissolutionum, excessuum, evagationumque
restrictio tam in clericis quam in religiosis, honestas
habituum et tonsurarum, observantiarum regularium cu„
„stodia, disciplinaeque Monasticae in omnibus pervigil obser„
„vantia. Adulterorum et cuiuslibet impudicitiae repressio,
Ecclesiarum frequentatio, Divini verbi sedula tam propositio

quam audientia, Sabbathorum sanctificatio: Et ut cum seve-
-ritate debita coerceantur, Divinatores, incantatores, arioli,
aruspices, somnia observantes, carminibus illicitis insisten-
-tes, et benedictionibus superstitiosis, nigromanticis artibus
operam impendentes: altaria aut Ecclesias in conventiculis
locorum sub spe[cio] miraculorum aut factorum erigentes propter
turpem quæstum, abusiones communitatum, civitatum, pro-
-vinciarum, villarumque à fide et bonis moribus alienas
cohibere, et omnes pravas consuetudines et magis corrupte-
-las sanæ doctrinæ repugnantes in Ecclesiis Cathedralibus
et conventibus quorumcunque monasteriorum et ecclesiarũ
prohibere. Et quis omnia enarrare et enumerare sufficiat
quibus Ecclesia modernis temporibus cernitur deformata?
Putamusne, hæc omnia aliquando posse reformari? Persua-
-deri mihi videor, quod nec ætas nostra, nec futura hoc
patietur: Cum non habeam rationes probantes, quod id
fieri possit. 1°. Propter inveteratam et inolitam consuetu-
-dinem, quæ difficile curatur. 2°. Propter potentium tam in
scripturis quam in altis dignitatibus resistentiam. 3°.
Propter avaritiæ morbum, qui ubique invaluit, maximéque
in altis sedibus: qui nullo modo sibi patientur aufferri ho-
-noris fastus, divitiarum et voluptatum amplitudinem:

In apocalypsi descriptis etc.

Et qui amplius insistere deberent reformationi, his pom-
-pis amplius delectantur, fingentes ipsis colores, sub specie
defensionis Ecclesiasticae: ut ideo oporteat eos abundare, ne
status eorum vilescat, et ut habeant armatam militiam,
qua compescere valeant violentos + bonorum ecclesiasticorum
detentores +. Et ideo oportet, ut dicunt, eos fulcitos esse plura-
-litatibus beneficiorum atque dignitatum. Sed timendum
est, ne lateat anguis in herba, fingentes excusationes in sed ne
peccatis, magis quae sua sunt quaerant, quam Dei. Nam veram
puto sententiam B. Hieronymi super Jonam. scilicet quod
Rex Ninive novissime audivit sermonem Jonae. Quia difficile
nobiles, divites, et multo his difficilius homines et eloquen-
-tes, credunt Deo et aures accomodant verbo Dei. Excaecatur
enim mens eorum. Concordat huic sententiae apostolica
doctrina 1. ad Corinth: 1. Non multi potentes, non multi no-
-biles, non multi sapientes secundum carnem: sed quae stulta
sunt mundi elegit Deus ut confundat sapientes. Aestimo
igitur mundum diebus decrescere in pravis moribus, salva
Divina dispositione, cuius consilium nemo novit, usque ad
profundum delictorum, quousque veniat filius perditionis,
qui cooperabitur delictis saeculi, et fortificabit omnes ope-
-rantes iniquitatem ut super modum peccator obnoxius peccatorum fiat.

De Septem statibus Ecclesiæ

Posset quidem verbalis fieri reformatio Ecclesiæ per decre-
-ta sicut et iam dudum facta est: quæ si ad executionem po-
-nerentur, nulla alia reformatione indigeremus. Sed
sicut de decretis sanctorum patrum veterum factum est:
sic fiet et de novis, nulla super his facta executione.
Neqꝫ diffiteor, partiales fieri posse locorum reformatio-
-nes, sicut et iam per gratiam Dei in multis monasteriis
fiunt. Sic et prælati, quorum Deus corda tangeret possent
et suos a malis cohibere [:cum Deus novit, quæ sunt sui, et
quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis
filij sui:] aut à voraginibus peccatorum, in quibus multi-
-tudo perambulat, ~~potest~~ præservare. Recensentes veteres
historias ex semine sanctarum scripturarum scimus quando
~~nimis~~ iniquitas hominum invalescebat, Deus eis posuit
modum, aut totum mundum perimendo paucis exceptis pro-
-pter speciem conservandam: ut in Diluvio. aut in posteris
nationibus propter iuramentum Noe factum, ne amplius
diluvium faceret, particulares generationes delendo, ut
in Pharaone submerso cum omnibus suis, et perversam
multitudinem filiorum Israel contra Deum et Moysen
rebellantium in deserto per 40 annos delendo: ut de tanta
multitudine 603550 solum duo homines intraverunt

terram promissionis ut num: 14. deinde cum iterum tem-
-pore Jeroboam multiplicati fuissent et Idolis servissent
per 200 annos, Deus tradidit decem tribus in captivitatem
medorum et Persarum usque ad praesens. Generationem autem
Juda et Benjamin tradidit in captivitatem Regis Babylonis
per 70. annos. Post reditum vero de captivitate per Esdram
et Jesum filium Josedec sacerdotem et Neemiam, qui reaedi-
-ficarunt templum, ~~et~~ emendati sunt iterum usque ad tempora
machabaeorum, et usque ad Christum. Nec leguntur Idola coluisse
saltem ut plures donec Christum occiderent et usque ad tempora
Titi et Vespasiani romanorum principum, qui eos in excidio
Jerusalem miserabiliter trucidarunt ac aliquos vendiderunt.
Sicque semper poena secuta est culpam. Quid ergo pro nostris culpis
passuri sumus, quo ubique ut timendum est, non impar ~~est~~ es sunt
praeteritorum culpis. Et licet Idola manu facta non coluntur
a Christianis, ~~tam~~ tamen idola mentalia fabricata frequentius co-
-luntur, scilicet avaritia, quod est Idolorum servitus, ventris
voluptas quo idolum ventris. Quorum, inquit Paulus, Deus
venter est. Idolum superbiae Beelzebub et Baal etc. Quorum
cultura quanto ocultius tanto amplius frequentatur.
Gaudet quidem nostris temporibus scilicet nunc de anno
Domini 1449 Ecclesia de unico et de indubitato Pastore


scilicet Nicolao Papa V. sed luget de conculcatione decre-
-torum in transactis conciliis editorum, et videt quomodo
contraria decretis practicantur. Suadendum tamen totis
conatibus videtur, quod illud decretum, Frequens: de conci-
-liis generalibus continuandis non aboliatur: per quod vul-
-nus de superioritate Papæ super Ecclesiam per Eugenium
olim Papam inflictum sanari potest. licet enim plures con-
-tradicant, tamen per gratiam Dei pene totus orbis viros
insignes in se continet, qui ab auctoritate ecclesiæ per futuram
atque nostram generationem non recedent, atque in ea vitam
etiam finire gaudent, propter efficaces rationes id concludentes
quibus nulla ratio humana defecata a passionibus resistere
potest. præsertim cum Deus suam indefectibilitatem assisten-
-tiam nulli singulari personæ mortali sic legatur pollicitus
esse, sicut toti Ecclesiæ. Ecce vobiscum sum etc. Nec etiam
primo summo Pontifici, qui et ante missionem S. Spiritus
et post legitur errasse. licet Christus ei dixerit. Ego pro te
rogavi Petre, ut non deficiat fides tua. hoc tantum in per-
-sona ecclesiæ ei dixit. Qui cupit hanc veritatem de authori-
-tate Ecclesiæ clare intueri, abstergat crassam nubem passi-
-onum et cupiditatum de oculis cordis sui, et mox clarius
luce meridiana mutabit affectum et pronuntiabit ita esse.

In apocalypsi descriptis . etc.

Nam et doctrina Philosophi in Politicis idem sentire vi-
„detur: quod pluralitas sapientum certius iudicabit, et in
toto orbe per Regna, Imperia, Civitates, communitates atque
omnes provincias Consilium plurimorum pronuntiatur
esse validius quam unius.+ Plura notabilia ecclesiæ nego-
„tia invenire non possumus, quam hæresum extirpationem
schismatum ~~ext~~ eradicationem, et generalem ecclesiæ re-
„formationem tam in capite quam in membris. In quibus
tribus profertur auctoritas ecclesiæ personæ Romani Pon-
„tificis. Quidquid igitur in alveo præsentis tractatu-
„li dixi de habitudine status Ecclesiæ usque in finem sæculi
lector meus benevolus suscipiat æstimative dictum, cum
propheticus spiritus hodie abest doctoribus, nec certa autho-
„ritas, nec infallibilis ratio tunc occurrebat, quibus contra-
„ria possem probare: relinquens in his statum ecclesiæ
suo Deo ad disponendum secundum ordinem suæ excellentis
sapientiæ. Omnia enim scimus agi propter electos, quibus
omnia cooperantur in bonum, sive bona sive mala, sive pro-
„spera sive adversa, ut filii prædestinationis exerceantur
purgentur et probentur. Filii vero perditionis affligantur
et puniantur et consumantur: sicut aurum et palea in eo-
dem igne simul æqualiter pœnam sentiant; sed aurum

purgatur, et palea consumitur. Movet enim in similitudo passarum in similitudine passionum ut dicit Augustinus lib: de civ: Dei. Unde non qualia quisque patiatur, sed qualis patitur advertendum est. Quæcunque vero de autho-ritate universalis Ecclesiæ per generalia concilia re-præsentante to dicta legerit, noverit me tamquam indubi-tata hucusque possuisse. Nec tamen fateor me facile recedere a dictis per informationem efficatiorem universalis Ecclesiæ aut sanius me sentientis, cuius iudicio me semper pariturum submitto, nihil pertinaciter in his propter parvitatem meam defendendo sed me Ecclesiæ Judicio submittendo. etc. Amen

1762. ~~24~~ 24 decemb.



De Statu Securiori Incedendi In Hac Vita.

Istis nostris infaustis temporibus in quibus abundavit iniquitas et refriguit charitas multorum: iam mundo in senium vergente, non inconsulte mihi videor persuasum aliqua speculari et stilo commendare de varietate modo„rum vivendi, et statuum humanorum diversitate, quibus diversi diversis incedunt viis in huius reipublicæ ampli„tudine per orbem universum, quis tandem status et mo„dus vivendi inter alios minus periculosus videatur: et per consequens magis saluti animarum accomodus. Neqꝫ enim inficior hanc veram B: Petri sententiam ad gentilem centurionem prolatam in actibus Apostolo„rum: In omni gente, qui timet Deum et operatur iusti„tiam, acceptus est illi. attamen non est diffitendum, quin alius alii modo vivendi est præferendus: quasi pluribus ad Romam tendentibus una via alteri in securita,

-te et facilitate ac brevitate est proeligenda. Neque superfluum arbitror posse cognoscere, propter hostium in via multiplicitatem et dolositatem, propter vitæ hominis brevitatem, propter salutis adipiscendæ incertitudinem cum nemo sciat si odio aut amore dignus sit. Omnia enim incerta reservantur in futurum. Nullum tamen statum humanæ conversationis in se dico reprobandum: dummodo iura legis divinæ et humanæ secundum rectum rationis iudicium conserventur: a quibus legibus crebrius videmus homines exorbitare. Est enim pertinax pugna inter mores multorum carnaliter viventium, et sacræ scripturæ hortamenta: dum se veritas scripturæ scilicet inflexibiliter teneat, et illi è contra se consuetudine ac multitudine tuentur. Nec mirum quia ex fontibus contrariis sibi venantur suas inclinationes scilicet sensu carnali et spiritu rationali, quolibet sibi primatum vendicare conante. In comparatione enim eorum, qui secundum rationem ambulant, non parvus est numerus eorum, qui secundum carnem vivunt. Nam si secundum Pauli sententiam filii Israel per desertum gradientes figuram Ecclesiæ gesserunt, quibus omnia in figura contigerunt, et ad doctrinam nostram scripta sunt. si inquam de +603550. qui egrediebantur de Ægypto
sexcentis tribus millibus quingentis quinquaginta

solum duo ingressi sunt terram promissionis, ut Nume-,
„rorum testatur historia. verendum est revera Christia-,
„nis ne non omnes ad fidem vocati, etiam sint ad regnum
electi. Arcta est enim via et angusta est porta quæ ad reg-,
„num ducit: ore veritatis teste. Expedire igitur videtur,
quod quilibet sibi de modo et statu vivendi provideat in quo
securius conversetur: adhortante Paulo. Videte, quomodo
caute ambuletis; quoniam dies mali sunt.

Super speculum igitur ascendens contemplor varios status
in Ecclesia: et in quolibet eorum diversos modos vivendi fui-,
„sse atque esse. Recensens enim retro acta sæcula secundum sac-
„rarum scripturarum series, video Divinas illuminationes
sibi sedem vendicasse in hominibus simplicibus, rusticanis,
agricolis, pastoribus. Cuius veritas clare patet in sancti-,
„ssimis Patriarchis, et Prophetis: quorum maior numerus
fuit de abiectis huic mundo personis. In quibus Deus sua
secreta collocavit: eos glorificando non in sublimitate
honorum temporalium, seu divitiarum; sed in gratiarũ
abundantia, amicos et secretarios eos suos constituens.
de quibus plena est scriptura. Elias, Elisæus, Jeremias,
Amos et cœteri pene omnes Prophetæ insignes et celeberrimi.

Deinde nostros sanctos piscatores: Apostolos dico, quorum doctrina fulget ~~Ecclesia~~ Ecclesia: vita et sanguine proprio fundatissimam plantantes Ecclesiam super fundamento non alio quam ipso Christo Jesu. Quod expresse testatur unus ~~ex~~ Divinissimus ex Apostolis Paulus. Videte inquit vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes. 1 ad corinth: 1.
Contemplor è regione ~~prioribus~~ prioribus sæculis Reges Assyriorum, Ægyptiorum, Syrorum, medorum, persarum, Indorum, Asianorum, Æthyopiæ, arabiæ, et cæterorum secundum seriem sacræ scripturæ semper a Divina gratia fuisse alienatos. licet floruisse aliquando legantur in excellentissima sæculi dignitate, divitiisque et potentiæ sublimitate. Sed cur hos commemoror, qui a fide et cultura Dei elongati nec ~~pro~~ scripturas, nec prophetias receperunt. magis utique mirandi sunt Reges filiorum Israel tam decem tribuum quam duarum: scilicet Judæ et Beniamin: qui et legem Dei et prophetarum oracula susceperunt. Inter quos Primos Reges decem tribuum a tempore Jeroboam filii Nabath usque ad ultimum scilicet Osee per ducentos annos et quinquaginta nullum legimus salvatum. Inter duas alias tribus

solum tres scriptura dicit fuisse immunes a peccato: scilicet David, Ezechiam et Josiam. Ecclesiastici 48. Nec solum loquor de hominibus in sublimitate constitutis quod eorum salus raro legatur, sed etiam de angelis cadentibus cum Lucifero supremo: cum quo ut creditur et traditur per Doctores 2° sententiarum, maior multitudo cecidit de superioribus quam inferioribus ordinibus occasione accepta exe refulgenti claritate naturalium suorum donorum. Hoc de veteribus verisque historiis in vim probationis materiae secuturo sufficit commemorasse. Cum enim in specie humana sensualitatis passiones et inclinationes pari passu credantur abundare naturam corruptam eque sequentes uno tempore sicut alio: rationisque iudicium in paucis hominibus utitur suo dominio; cur non debeamus similia de similibus iudicare? Nisi quis dicere auderet in nova amplius quam in veteri lege rationem in hominibus dominari? quod nescio an de facili posset probare, cum quotidiana experientia cernimus legem naturalem, quae in utrisque temporibus eadem est multum deficere in hominibus. Quodcumque vultis, ut faciant vobis homines, hoc et facite eis et e converso. dicit enim sermo Divinus. Sensus et cogitatio humani cordis in malum proni sunt ab adolescentia sua.

gen: 9. Et videndum ne forte hæc sententia apostolica ad Rom: 7. adhuc etiam in nova lege habeat suam efficaciam. Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Nitimur in vetitum semper, cupimusq[ue] negatum. Plurificatis igitur in nova lege præceptis non solum peccatores, sed et prævaricatores, imo et contempto„res efficimur: et maior gratia maiorem causam præbet ingratitudinis. Sed nec prætereundum putavi quomodo scribæ et Pharisæi præcæteris docti in lege, et umbram quam„dam præferebant specialis sanctitatis, qui tamen super comunem populum à Christo graviores peccatores sunt reputati: ut patet Math: 23. occasionem præbente ipsorum sapientia in lege et potestate supra cæteros. Hæc studui commemorare, ut nec in potentiæ altitudine, nec in scien„tiæ claritate, nec in officiorum dignitate, inquantum talia, consistere æstimetur excellentior modus vivendi, quoad animarum salutem aquirendam: imo forte magis oppositum. Ad quæ tamen tria prædicta totus pene orbis videtur aspirare.

Si quis vero ex canonizatione sanctorum in Ecclesia militante vellet aliquem statum securitatis arguere: quasi alter status non esset securus, in quo pauci sancti

canonizarentur: non videtur mihi solido inniti fundamen-
-to. Primò quia specialis prærogativa effusionis sanguinis
in et pro fide Christi sibi meruit Canonizationem, propter
indubitatam evidentiam sanctitatis cum miraculis seque-
-ntibus, seu etiam præcedentibus ad exaltationem fidei
catholicæ, quæ requiritur ad salutem. secundò etiam, quia in
quolibet statu Ecclesiæ militantis legimus aliquos esse ca-
-nonizatos non propter statum sed propter aliquod statui
annexum, scilicet doctrinam, miracula, aut passionem,
seu vitæ excellentiam, quæ fidelibus in exemplum est ex-
-tollenda: ut patet in S. gregorio, Augustino, Ambrosio, Be-
-nedicto, Bernardo et aliis in lucem gentium datis. Hoc
enim provenit ex gratia gratis donata, quam ex gratia
gratum faciente. Prima enim d~~a~~onatur propter fidelium ædi-
-ficationem: scilicet alios. secunda donatur propter seipsum:
scilicet charitas, humilitas mansuetudo cum octo beatitudi-
-nibus: quæ quidem occultæ possunt esse in homine, quem
Deus acceptavit sic, quod talem non sublimare intendit quo
ad aliorum exemplum licet sibi tamen charissimum. Sic
enim spiritus S. partitur bona sua, dividens singulis prout
vult omnia ad utilitatem secundum apostolum sive priva-
-tam suæ personæ, sive propter fidelium aliorum ædificationem.

Nam ex gratiis gratis datis ut sic non potest indubitata probari sanctitas vitæ nisi adfuerint alia: scilicet simpli=citas vitæ, perpessio voluntaria iniuriarum, vitæ mundi=tia, et innocentia: cooperantibus tamen prefatis gratiis gratis datis: ut solet videri in canonizationibus sanctorum per sedem Apostolicam factis et fieri consuetis. Non enim decens est nec expedit omnes, qui sine mortali seu veniali pec=cato ab hac vita decedunt canonizare. 1mo. Propter effre=natam multitudinem ne honor sanctorum vilescat et op=probrium patiatur. 2do. propter incertitudinem ecclesiæ, quæ solum iudicat de manifestis et sæpius decipitur. 3tio. ut illis deferatur honor præcipuus, qui maioribus prosul=gent sanctitatis insigniis, cum homines quandoque plus de=ferant minoribus quam maioribus sanctis. Et ideo secundum quod fide credimus Infantes baptizati si decedunt ante actualium peccatorum admissionem, dicimus eos esse beatos mox post animæ egressum de corpore, et tamen Ec=clesia non consuevit eos canonizare, nec eos invocare, quia non proprio sed Christi solius merito salvantur, ex=ceptis sanctis innocentibus, propter specialem pre=rogativam Christi Nativitatis, propter quem et occisi sunt. orat tamen ecclesia pro infantibus defunctis et Baptizatis.

1mo. non ut eruantur è purgatorio, cum nihil contraxe,
,runt secum purgandum, sed ut inter Ecclesiæ membra com,
,putari mereantur. 2do. ut Deo laus solita pro defunctis
non subtrahatur, ita ut magis in laudem Dei sonent hæc
officia, quam in ipsorum suffragium. 3tio. ut hæc officia
et suffragia in aliorum defunctorum indigentium re,
,medium convertantur: quod ubiqs non fieret, si pro in,
,fantibus non oraretur. 4to. ut vivis pro talibus orantib9
meritum crescat, ut sit opus pietatis. 5to ad fidem Catho,
,licam roborandam in istis obsequiis, cum orare Deum sit
opus fidei et latriæ. Ideo nostris temporibus paucos
meminimus canonizatos, non quia deficit omnino sanct9,
de terra: sed quia tempora ecclesiæ multum sunt muta,
,ta à priscis temporibus: scilicet tempora persecutionis
tyrannorum in tempora pacis. Et quia refulgentia et
veritas fidei ubiqs terrarum est propalata, propter quod
olim cum adhuc fides erat dubiosa, erat nutrienda mi,
,raculis et sanctorum canonizatione ad tollendam om,
,nem ambiguitatem a fidelibus. nostris vero temporib9
pascitur ecclesia audientia priorum miraculorum et
doctrina verbi Dei, quæ in tota orbis amplitudine ubiqs
est divulgata. Non ergo propter absentiam miraculorum

nostris temporibus, aut defectum Canonizationum creden-
-dus est deesse status, in quo quis securius salutem suam pro-
-curare valet.

Ad investigandam igitur statum securiorem inter omnes
mundi status quoad salutis animarum semitam partiendus est
omnis status in duo membra per immediatam divisionem, scili-
-cet in statum clericalem et laicalem. hanc divisionem sacra-
-mentum ordinis nobis debet parturire. Primi sunt ordinibus sacris
insigniti. secundos appello à sacris ordinibus immunes. Primus
in se varios gradus continet a summo Pontifice usque ad infimum
simplicem sine cura etiam in minoribus constitutum, qui se ha-
-bent sub et supra, sicut in recta linea prædicamentali à genere
generalissimo usque ad individua. In quo quanto altior quisque
residet tanto se in securiorem non debet dubitare secundum
omnium doctorum sententiam, quia cui plus committitur
ab eo plus exigitur. Nam dicit Gregorius. Cum crescunt dona
rationes etiam crescunt donorum. licet non dubitem, altiorem
quoad officium in Ecclesia censeri digniorem: non tamen ex
officio ipso apud Deum reputari sanctiorem: de persona loquor
in officio residente. licet Cathedra Dei semper sancta cen-
-setur ratione instituentis et principaliter in ea residentis

scilicet Christi. sunt enim in ea sedentes omnes vicarij Chri,
„sti secundum magis et minus: dicente Christo. super cathe,
„dram Moysi, scilicet sanctam, sederunt scribae et Pharisaei, scili„
„cet minime sancti, et vitiosi: ut sequens declarat textus. Quae
dicunt facite, quae autem faciunt nolite facere Math: 23.
Si tamen sedentes in cathedris in ipsis militant sicut Impera,
„tor noster Christus iubet feliciores eos merito praedico. si vero
perfunctoriè res agatur nihil infelicius: secundum sententiam
Augustini. Videmus tamen passim currentes ad honores et
dignitates Ecclesiasticas, non propter securiorem modum vi„
„vendi in vitae sanctitate, ut aestimo: sed propter officiis adiuncta
scilicet honores, divitias et voluptates, ac potentias, et liber-
„tates, quod experientia docet et probat intueri volentem. Cum
vocati sunt ad curas non ad quietem. ipsi tamen se aestimant
securiores velle vivere secundum huius saeculi cursum,
praesertim quidam ex ipsis. In hoc statu duplices iterum
distinguo personas, scilicet saeculares et regulares, sive reli„
„giosos sub habitu regulari, et obedientia cum aliis duobus
substantialibus, scilicet paupertate, et castitate militantes.
laicorum ~~similiter~~ vero status similiter in se varios con,
„tinet gradus ab eminentia Imperialis dignitatis per
regna, principatus, ducatus, Comitatus et alios nobiles et ignobiles,

communitates, consules civitatum et oppidorum usque ad infimum mechanicæ artis hominem descendens. In qui-
-bus iterum sunt diversi vivendi: unus tamen securior quam alter. Et possem probabiliter iterum opinari, quod in gradu altiori, cæteris paribus, minus tuta est via ambulandi, quo ad animarum salutem, prout sæpius per experientiam et evidentiam scripturæ in veteri Testamento existit deductu, cum de sublimioribus rariores et pauciores legamus inno-
-centiam vitæ conservasse. Et quis tam perspicacis ingenii ut horum omnium hominum et statuum modos valeat expli-
-care? Quis est hodie de quo testimonium veritas dicere potest sicut olim de Beato Job? Homo simplex, rectus, timens Deum et recedens à malo, etiam post flagella retinens Innocentiam? E contra clamat Propheta. Non est veritas, non est misericor-
-dia, non est scientia Dei in terra. maledictum mendacium, homicidium et furtum, ac adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit, propter hoc lugebit terra Osee 4. Nam forte nunc sicut olim ante diluvium, omnis caro cor-
-rupit viam securiorem ad inveniendam salutem. Spargun-
-tur enim undique laquei ad animas capiendas, propter quos evadendos non importune expedit scire qua via sit incedendum. Arbitror enim nostra tempora periculosiora esse omnibus

retro saeculis. 1mo. Propter impunitatem excessuum, quo impunitas ausum parit excedendi. 2do propter multitudinem peccantium, quo ad se trahit alios peccantes. dicit enim Augustinus in Enchiridion. huc accedit, quod peccata quamvis magna et horrenda cum in consuetudinem venerint, aut parva aut nulla esse creduntur, usque adeo ut non solum non occultanda verum etiam prodicanda et diffamanda videantur. Et parum post subdit. Vae peccatis hominum! quae sola inusitata exhorrescimus, usitata vero, pro quibus abluendis sanguis Dei effusus est, quamvis tam magna sint ut omnino claudi[?] contra se faciant regnum Dei, saepe videndo omnia tolerare nonnulla etiam facere cogimur. hoc ille. Ita ut vera sit sententia sapientis. impius cum in profundum venerit contemnit. quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae. Et qui hodie aliter vivere velit, quam solitum est amatoribus saeculi, aut aliter docere vivere: quasi stultus reputatur. Olim coercebantur homines à criminibus aut comminationibus ut patet de Achab per Eliam: aut poenis ut patet de Abimelech Regem in Geraris tempore Abraho. gen: 20. aut prophetiis ut ~~et~~ in libris prophetarum: aut miraculis ut patet per Eliam iterum tempore Achab, cum occidit prophetas Baal 3. Regum. 18. Nunc verò nullum

illorum locum habet: sed sola scriptura, quæ pro sui assidui-
-tate in multorum cordibus viluit, aut pro sensu cuius cum-
-que renitens ad intellectum contrarium retorquetur, sicque
minimè curatur: unde et timor Dei a cordibus multorum
elongatur.

Ex fonte igitur veritatis hauriendus est status unus
accommodus nostris temporibus pro salute animarum. In
quo maioribus occasionibus subtractis peccandi homo sim-
-plex et fidelis tranquilius huius maris turbidi, scilicet
præsentis sæculi valeat naufragium devitare et ad portum
salutis quietius pervenire. Nec hanc doctrinam iudico
necessariam his, qui utraque manu utuntur pro dextera sicut
Aioth ille Judex, qui inter prospera et adversa ad quoscunque
huius sæculi eventus imobiliter se sciunt posse subsistere.
qui cum Paulo dicere norunt. omnia possum in eo qui me
confortat: qui nullis cedere norunt tentationibus, quales
utique plures legimus in codicibus, quam hodie cernimus in
hominibus. Mihi vero meisque similibus, qui conscij propriæ
fragilitatis, expedit magis tentationes atque pugnas decli-
-nare, quam se his ingerere. ut etiam Hieronymus de se fate-
-tur. Et si non victoria obtinetur pugnando, tamen casus decli

-natur fugiendo. aut enim pede aut scuto hostis est vincendus. sufficit enim non vinci, etsi vincere non licet. videat tamen sibi quilibet qui se estimat tam insuperabilem, ne sepius spe victoriae decipiatur plus vulneratus aut victus recedens quam vincens, quod crebrius experimur.

Ad hunc igitur statum investigandum scilicet securiorem per viam remotionis incedendum videtur. ut scilicet im-pedimenta salutis removeantur, et pericula excludantur. his enim remotis, quasi tranquillitas quaedam nascitur in mari, ut minus interitus timeatur, securiusque navigetur. Primo igitur videtur declinanda omnis eminentia et ex-cellentia tam spiritualis quam secularis potestatis. hanc ~~ab~~ enim ab initio mundi tam in angelis quam hominibus legimus multis occasionem prebuisse ruinae. Neque de lege comuni facile in talibus posse vitae innocentiam conser-vare obstantibus multis impedimentis tam blanditiis quam adversitatibus. Et si quis de huius veritate se putat dubitan-dum legat librum Gregorii de Cura Pastorali. Neque hoc pote-stas nullo modo est de per se appetenda, sed si de necessitate imponitur est aut excusanda, aut cum tremore tolleranda. dicente Augustino 19. de civ: Dei. otium sanctum quaerit

Charitas, veritatis, negotium iustum suscipit necessitas charitatis: quam sarcinam si nullus imponit percipiendae atque intuendae vacandum est veritati. si autem imponitur suscipienda est propter charitatis necessitatem. Nec mihi obiiciat quis hoc quod Hieronymo quidam perversus obiecit: quasi Ecclesia destitueretur pastoribus, fideles paterentur detrimentum in doctrinis ac sacramentis: si omnes hanc eminentiam declinarent. Non est enim possibile ut omnes hoc faciant, quia virtus est paucorum et una dignitate vacan-te cernimus decem ~~qui~~ esse ad hanc aspirantes. Et utinam omnes dignitates aspernarentur, quia tunc aurea essent tem-pora, ut oporteret compellere sanctos ad eminentiam pastora-lem, sicut in ecclesia primitiva. Scrutanti campos divina-rum scripturarum, et exempla sanctorum magna tonitrua incutiuntur in altitudine residentibus, horrende quippe et cito apparebit: quoniam iudicium durissimum ~~fiet~~ his qui praesunt fiet. Exiguo conceditur misericordia. Potentes au-tem potenter tormenta patientur.

Secundum quod ad hunc statum securiorem promovet est declinatio a suspecta et incauta societate. Nam hac multorum bonorum est invectiva. Legimus enim in veteri testamento de perversitate filiorum Israel, quomodo hoc a nullo alio

Tantam accepit efficaciam sicut ex commixtione infidelium et perversorum gentilium, dicente David. Commixti sunt inter gentes et didicerunt opera eorum, et servierunt sulptilibus eorum, et factum est illis in scandalum: Ideo et Deus per Moy„sen praecepit eis: ut in terra promissionis omnes gentes neca„rent. pracipue tamen vitanda est cohabitatio mulierum, etiam quarumcunque sanctarum, quia etiam in eis latet li„bidinis fiscus, et per eas multi et magni ceciderunt. Sancto„rum ergo contubernium appetendum est, qui moribus nostris sunt conformes ad meliora nos hortantes. Nec credat se quisque securum vicino serpente dormire.

Tertium impeditivum quietae et securae vitae aut status est cor„poris voluptas ultra meram necessitatem. Nam haec, teste ore veritatis unum est inter caetera per Christum allegata, quae suffocant semen verbi Divini ne fructum possit afferre. Praebetur enim per hanc hosti nostro scilicet carni gladius ut vires accipiat ad nos impugnandum, quae semper consue„vit resistere spiritui nostro. Militant enim carnalia desideria adversus animam secundum Petri sententiam. debilitatio vero hostis parere consuevit victoriam adver„sus eundem. Et capere volo in praesenti voluptatem tam pro ciborum, potuumque ac vestium curiositatem ac mollitiem,

caeteraque, quae carni solita sunt generare libidinem.
Quam late autem patet hanc voluptatem corporis esse ini-
„micam salutis omnia volumina tam veteris quam novi te-
„stamenti testantur et exempla sanctorum. Ideo cum natura
in paucis contentatur, resecanda sunt naturae superflua.
Scriptum est enim Deuteron: 32. Incrassatus est dilectus
et recalcitravit, incrassatus, impinguatus, dilatatus,
dereliquit Deum factorem suum.
Quartum quod est impeditivum salutis, et procurativum
inquietudinis scilicet excessivus modus divitiarum
sive pecuniae sive cuiuscunque alterius in rebus terrenis
teste ore veritatis. Difficile dives intrabit in regnum coe-
„lorum. Et: facilius est Camelum per foramen acūs trans-
„ire, quam divesintrare in regnum coelorum. Nam divitiae
annumerantur inter ea quae sua sollicitudine suffocant Ver-
„bum Dei. Et per hoc non excludo quotidianam necessita-
„tem, et moderatam sufficientiam secundum status sui ex-
„igentiam, quia secundum philosophum 10.[5] Ethicorum
oportet speculantem habere cibum et reliquum famulatum.
Divitiis excessivis solet blandiri superbia, quasi exclusa
Dei confidentia sibi ipsis ex divitiis sufficere se credit,
resolvitque mentem in hilaritatem et pompam. Econtra

paupertati aut moderato necessitati familiaris consuevit esse humilitas, benignitas, Charitas, compassio, et fraterna socialitas; deessegs contemptus tam superiorum et aequalium, quam inferiorum consuevit.

Quintum quod ad securiorem statum salutis adminicula„ri consuevit est sollicitudinum omnium terrenorum ex„clusio et totalis evacuatio: ita quod mens Deo placere cu„piens omnibus exterioribus occupationibus postergatis soli sibi et suae saluti operam impendit. hortatur ad hoc Christi doctrina. videte, inquit, ne graventur corda ve„stra crapula et ebrietate et curis huius mundi. Sitqs libera mens sine alligationibus onerum secularium semper ad cogitandum quae Dei sunt intenta. vacate inquit, et videte quoniam ego sum Deus. Sicqs quasi in speculo et in aqua immobili et quieta se semper amator Dei speculetur: etiam minora peccata clara luce conspiciens et emendans. E contra vero turbationibus huiusmun„di, scilicet negotiis rerum secularium occupati etiam trabes non vident scilicet grandia peccata. O quam ne„cessarium est hoc fideli servo Dei, qui semper vitae inno„centiam coram Deo velit conservare, scilicet quaerere otium sanctum, fugere turbativas huius seculi occupatio„

„nes: qui expertus est fidem accomodat. Animalis verò
homo, qui non sapit ea, quæ spiritus Domini sunt, minimè
credit, sed stultitia illi videtur: secundum apostolū.
Sextum nutritivum et conservativum status salutis, et qui,
„etis est illud, de quo propheta Ezechiel, imo Dominus per Pro,
„phetam loquitur dicens: In pascuis uberrimis pascam oves
oves meas: ibi requiescent in herbis virentibus, et in pascuis
pinguibus pascentur. Ezechiel: 34. Hoc vero pascua non
est aliud, quam fecundatio Divini verbi, legendo, audiendo
meditando, conferendo de spiritualibus, de gaudiis coelestibus,
de Poenis infernalibus, de moribus corrigendis, de vita et
exemplis sanctorum, et præcipuè Christi passio, et eius
vita, quæ omnia ignem accendunt in cordibus fidelium,
et tollerabilia omnia reddunt, quæ alias intollerabilia
videntur: et si quid amaritudinis in olla decoctum sit
suavissima efficiuntur. Et ad hoc multum operatur si,
„lentium et solitudo, quæ sunt principalia salutis, secundū
quod dictum est per angelum S. Arsenio petenti, quæ esset
directior via ad regnum. fuge, inquit, homines et quiesce,
ac tace, et sic salvaberis. Quod autem extra hæc est, plenum
anxietate et tristitia est. Teste etiam Augustino 1° lib: Confess:
Inquietum est cor nostrum, et non vult requiescere, donec redeat

ad se. Cupiens ergo efficaciter quietiorem securioremque statum vivendi eligere speculetur ubi hæc sex prædicta poterit reperire, et ibi non dubitet quietius repausare se nullius debitor existens nisi sui ipsius et Dei. secundum illud Pauli. Nemini quidquid debeatis, nisi ut invicem dili-gatis, ut integra sibi maneant opera sua virtuosa: in sudore vultus sui vescens pane suo ad usum suum sibi necessario. At ut lector meus benevolus me gratum sibi habeat: primò in Religione bene instituta, ut mihi videri videor, hic status secu-rior et quietior potest reperiri: prout et Augustinus, Gregorius, Hieronymus, Benedictus, Bernardus, Basilius, Martinus, Hilarius nobis attestari videntur, qui de sæculo fugientes ad claustra confugerunt: licet postea quidam ex ipsis (postea extracti) Cathe-dris et infulis sunt insigniti, ipsis etiam renitentibus. In religione enim reformata pœnitentia pro peccatis in sæculo comissis agitur, et de futuris præcavetur. inde est, quod secundum iura ingressus religionis præfertur omni pœnitentiæ quantumcunque magnæ. Sed forte non omnes capiunt verbum hoc: dicentes. Durus est hic sermo. Cui et ego respondebo. Quia arcta est via, qua itur ad Deum, et pauci sunt, qui inveniant eam. Attamen ne solam hanc religionis bene instituta securam existimet me putare viam, aliam

etiam demonstrabo. Eligat sibi quis in gradu clericali
vel etiam laicali consortium religiosorum regulariter
conversantium à tumultibus secularibus segregatorum,
ibidem se reponendo, etiam non renuntiando propriis, nec
habitum eorum assumens, sed probendam competentem com-
parans, et mansionem quotidianam et continuam cum eis
faciens ibique dulciter repausans diebus ac noctibus servi-
tiis Divinis et lectioni et orationi insistens, a vanitatibus
seculi se restringens. hoc etiam vita non videtur longe di-
stare à via secura, tanquam preservativa a voraginibus
vitiorum, et mortalium peccatorum. Occasiones enim
hic sibi amputat multorum peccatorum, et mentem ha-
bilitat ad fecunditatem operum virtuosorum. attamen
si adhuc hoc via dura videatur: Clementiorem me sibi
exhibeo. Suadeo, ut in congregatione bonorum sibi simi-
lium aut presbyterorum aut etiam laicorum, sine admix-
tione mulierum se collocare studeat unanimiter vivendo
in eodem domo et mensa, sub certis mensuris et institutis
caritativis, sub certis poenis vallatis, sub certis rectoribus
ab eis electis, qui reprehendere et punire habeant exorbi-
tantes, sicque metu poenæ modus ordinate institutus pot-
est conservari. Patres sancti docuerunt non esse tutam

vitam cum mulieribus, Juvenibus, et Episcopis seu potes„
„tibus commorari. Arbitror etiam presbyterum sine cura
animarum habentem aliquod beneficium sobriè, piè, iustè„
„qs viventem cæteris paribus non longe distare a secura via
salutis: dummodo tam iura boni presbyteri sollicite custodiat.
maximè hoc censeo de presbytero nullum beneficium habente,
sed de bonis hæreditariis vivente, dummodo tamen sollicitè
se custodiat ab hoc sæculo, et a vanitatibus eius, quem sub pro„
missis iudico securiorem. Nam iste de nullo habet reddere ratio„
„nem, si bonis paternis utatur iuste aquisitis, et bona per eu
facta sibi integra conservantur. Prædicti vero qui de alioru
bonis sustentantur, sicut ipsi aliorum bonis utantur, sic
et fundatores et dotatores ipsum sustentantes proculdubio
et participes volunt esse operum illius, etiamsi illi nol„
„lent ex iusta dispensatione Dei iuste cuncta moderantis.
ultra istos iam nominatos status quanto amplius ascenditur
in curis animarum, in beneficiis, in prælaturis, in dignita„
„tibus usqs ad apicem præeminentiæ præsulatus imo et
apostolatus tanto mihi videtur status esse periculosior, quo
ad officium: licet secundum statum personæ irreprehensibi„
„liter se gerente aliquando potest esse fructuosior. Non
tamen cautum esse iudico, ut quis se præsumat esse medicu

alienarum animarum, qui fortassis nec animo suo pro,
,prio sufficiat mederi. Et in hoc ipso sciat se insufficientem
quo amplius se putat sufficientem. Nam non debet se dubitare
a virtute humilitatis alienum, qui aliis praeesse appetit:
cum vix aut minime quis possit rationem pro se reddere
quanto minus pro aliis: dicente Bernardo. Quoties homini,
,bus praeesse desidero, toties Deum meum proire conor.
Et hoc est quod dicit gregorius in pastorali: virtutibus pollēs
non nisi coactus ascendat. Virtutibus vero vacuus, nec etiā
coactus ascendat. Ideo etiam secundum Augustinum
omnis appeditus ad curas animarum regendas indecens
esse censetur. Si quis vero in oppositis praedictorum sibi
blandiri videtur de lucro animarum, aut utilitate reipu,
,blica aut Ecclesiarum scilicet in dignitatibus, aut beneficiis curatis,
hic talis sibi cautè provideat, ne vulpecula demoliatur vine,
,am suam, cupiens multos lucrifacere, se ipsum perdat.
secundum sententiam Christi. Quid proficit homini, si lu,
,cretur totum mundum se ipsum perdat et detrimentum sui
faciat? discutiatque angulos omnes, ne forte lateat anguis
ambitionis in herba. Scimus enim sagenam missam in
mare pisces ad litus trahere, ipsa vero se ipsam consumit
ab utilitate piscium aliena. Sicut naves poma per mare

hominibus portantes sine ipsarum refectione, sed cum pro-
-prio periculo et consumptione. Videmus enim plures ad
cathedras simplici intentione ascendentes, etiam tractos
quos tamen postea maluissemus cathedras non ascendisse.
Non enim consuevit cathedra sanctiores regulariter facere
sed crebrius deteriores. Eligat igitur post praemissa quin-
-libet quod vult. Quantum mihi persuaderi videor, ostendi
impedimenta viae securioris, neminem cogens ad eas am-
-plectendas relinquens quemlibet suo libero arbitrio.
Hoc salva pace, et qua putavi veritate vera autem Charitate
scripsi. Si quis vero sanius senserit huic non praescripsi.
Anno Dommini curente 1471 Domino Paulo Papa II. 1450 Dno
Authorizante. Nicolao V.

1762. 26 Decembr.

De Partitione Redditū

Inter Religiosos.

FAma fide dignorum divulgante referuntur Monaste-
„ria forte non pauca in religionibus diversis, in quibus
facta sunt partitiones, seu sectiones proventuum seu red-
„dituum communium: videlicet, aliquota pars pro statu
Abbatum, et aliquota pro sustentatione fratrum conven-
„tualium in comuni, segregataq; sunt altera pars ab al-
„tera in omni provisione tam officialium hinc inde,
quam victualium vel saltem pro maiori parte nullam,
vel parvam inter se habentium communicationem in
prædictis. Et revocatur apud plures in dubium, an hæc
partitio non sit præiudicialis professioni regulari:
Et his quæ in professione ipsa includuntur: scilicet obe-
„dientiæ seu voluntariæ paupertati. Præsertim, cum,
ut dicitur, hæ partitiones cum suis clausulis annexis
firmatæ sunt iuramentis publicis quo ad existentes iam in religione.

De Partitione reddituum

Et etiam quoad ingressuros, qui nisi iuramentis se adstrin-
xerint ante professionem, se velle haec servare, eis ingre-
ssus denegatur. simulque, ut dicunt, superiorum accessit
authoritas haec omnia confirmantium. Et hic modus
vivendi per longa temporum spatia ~~invaluisse~~ a quibusdam dicitur
invaluisse, ut raro super sua licitatione, aut è contra
diligentem habuisset inspectorem. Et multi estimant haec
monasteria super his ~~his~~ indigere reformationem.
Et quia secundum philosophum libro praedicamentorum dubi-
tare de singulis non erit inutile. Unde non sit pigrum de
hoc vel breviter aliquid speculari, in his non praeiudicans
sanius sentienti cuicunque. Considero itaque imprimis
radicem huius partitionis seu sectionis reddituum sumpsisse
sua principia ex negligenti provisione fratrum conven-
tualium per abbatem seu alium praesidentem, quae si fuis-
set sufficiens secundum regulas tam apostolicam in acti-
bus Apostolorum et Benedicti et Augustini et caeterorum:
puto non fuisse attentatum ut talis fieret sectio. Attamen
non obstante hac negligentia adhuc relinquitur dubium
an ista posset praebere causam seu actionem huic sequest-
rationi. Cum secundum Apostolum: Non sunt facienda
mala ut eveniant bona: Nec etiam dubiosa, de quibus

incertum sit an sint licita, admittenda sunt, ut aliqua temporalia damna evitentur. Ex quo periculose committere in dubiis apud doctores censetur non esse sine grandi pec-
-cato. Et ut nodum huius dubij quantulumcunque inve-
-nire, et si non solvere possemus: recurrendum video principaliter ad duo. Ex quibus duobus speculatis faci-
-lius sequentia non latebunt. Primum est quod quoli-
-bet communitas religiosorum una cum præsidente se habet ut unum corpus naturale et vivum hominis: In quo caput et membra sibi ipsis vicissim subministrant, unum præsidens aliis et dirigens singula membra secun-
-dum regulatam proportionem, a quo uno per subministra-
-tiones singulorum alia omnia suorum necessariorum recipiunt incrementa. Nec dissident inter se aut inter administrantem. secundum quod Paulus 1 ad Corinth 12 disponit imo exponit membrorum connexionem ad se invicem et ad caput ut, inquit, non sit Schisma in corpore. Est autem Schisma in corpore divisio membrorum a ca-
-pite. ut scilicet caput fraudetur sua potestate regendi, or-
-dinandi, et subministrandi. ad propositum autem præsi-
-dens capitis vice fungitur, aut etiam corporis: non solum in spirituali regimine, sed et temporali, prout

fundamentum originale declarat. Ad cuius similitudine effigiatum est totum corpus religionis, hoc est quaelibet congregatio religionum. in quo scilicet fundamento, quod est collegium priorum credentium in ecclesia pri„mitiva, ubi erat cor unum et anima una, et subministra„batur unicuique prout opus erat. utique in corporalibus necessariis secundum dispositionem sanctorum Apostolorum tanquam capitum de communibus facultatibus. Qui li„cet septem diaconibus hanc administrandi potestatem delegebant, ne in verbi Dei administratione impedirentur: tamen ipsam à se totam auctoritatem non abscidebant act: 6. Nam ut Epistolae Pauli testantur, saepius collectas procurabat in pauperes sanctorum 2a ad corinth: 8. et 9. capitulis. Et si veritati vita, et doctrinae fides accomodanda est: repe„rimus et in actibus Apostolorum: ubi omnis religio sumpsit originem, et in regulis sanctorum Benedicti, Augustini, et aliorum nunquam aliter traditum aut permissum esse quam ut Abbas, praepositus, aut aliter praesidens loco con„ventuali communi administrationi tam temporalium quam spiritualium debuit praeesse et eam authorizare: nec aliquid obstaculum in hoc eis posuisse invenimus. legantur in re: sancti Benedicti pene omnia capitula, et signanter

Inter Religiosos

3. 4. 7. 21. 23. 31. 32. 33. 34. 36. 39. 40. 47.
54. 55. 56. 58. in quo et forma professionis exprimitur:
65. de Praeposito Monasterii etc: In quibus et in aliis non
aliter reperitur, quam quod sub umbra abbatis omnia
membra debent contineri. Si etiam volueris oculis ad-
movere effectum Regulae S. Augustini idipsum sentire con-
vincimur. In fronte enim suae regulae mox aperto ostio ait.
Praecipimus primum propter quod estis in unum congregati,
ut unanimes habitetis in domo, et sit vobis cor unum, et
una anima in Deum: et non dicatis aliquid proprium, sed
sint vobis omnia communia. Et distribuatur unicuique
vestrum a Praeposito vestro victus et tegumentum non aequa-
liter omnibus etc. et post: vestes vestras in uno habete
sub uno custode vel duobus etc. Et sicut pascimini ex uno cel-
lario, sic induimini ex uno vestiario. Et loquitur ibi, ut claret,
tam de praesidente, quam subiectis. Nam postea subdit. Et sit in
potestate praepositi, ut collatum in commune redactum cui ne-
cessarium fuerit praebeatur. Praeposito tanquam patri obe-
diatur honore servato: ne in illo offendatur Deus. Et caetera
multa, quae silentio praetereo fastidio consulens lectoris.
Cum ergo ea quae dicta sunt locum non videantur habere in
loco illo ubi partitiones redituum esse consueverunt, non

restat aliud nisi divisio unitatis, et ex consequenti Schisma intestinum in uno corpore: quod erat probandum. Sed videor mihi mentes quorumdam obiicere contra dicta non pauca, quibus sub compendio in charitate studebo respon=dere. Primo posset quis obiicere. Experientia docet, quod multa loca conventualia imo monasteria ubi partitiones tales non habentur gravibus debitis onerata propter abbatum aut negligentem provisionem, aut immoderatam dilapitationem, sic quod fratribus necessaria non possut sufficienter ministrari. secus autem in locis ubi hæ par=titiones factæ sunt. Ad quod possem respondere, quod hæc non possunt deffiniri. Sed non ideo perimendum est spiritu=ale bonum scilicet unitas, ut vitæ necessaria haberi posset. Non enim vir propter mulierem, sed mulier propter virum, idest non spiritualia propter temporalia sed e converso: secundum Bernardum. Sed huic morbo abbatum alio reme=dio est subveniendum per recursum ad superiores, qui aut deponant inutilem, aut castigant negligentem: dummodo ante omnia unitas necessaria religiosis non scindatur. Neque enim sic sananda vulnera minora ut contrahantur maiora. Item forte obiiceretur licite id fieri posse secundum modum protactum, quia non censetur proprie

„tatis vitium si conventui in communi aliquid dividatur cum proprium uni et soli convenire asserit Porphirius. ad quod ego. duplicem partitionem de facto fieri posse red„ „ditum non dubito. unam in singulis individuis dividendo partem aliquotam. Et hoc nullam aparentem habet etiam colorationem a vitio proprietatis, exceptis rebus necessa„ „riis ad usum: ut in vestibus et cibis, non in censibus, aut annuis proventibus. Aliam quam pre manibus habemus, toti conventui in communi redditus certos assignare. Et istam secundam non usquequaque dico reprehensibilem, sed tolerabilem sub modo et certa qualificatione. Nam si per Præsidentem deputantur hæc conventui quoad usum reservata tamen præsidenti auctoritate disponendi, et ordinandi ad nutum suum: nec obfirmata voluntate subditorum quoad partitionem superioris, sed subiecta ipsorum voluntate sub præsidentis voluntate: nam dico quantum est ex se, non omnino esse reprehensibilem illam deputationem una cum ordinatione officialium talia administrantium. Neque hoc tunc possidetur, cum non in„ „tendatur defendi contra abbatis dispositionem: sed habetur ad usum, et est partitio oneris atque curæ in officiales: ut Benedictus asserit. quia abbas securus debet esse, in„

„quantum partiatur onera sua. sic et apostoli septem Dia„
„conibus Comiserunt procurationem mensarum et victu„
„alium in primitiva Ecclesia, tamen potestate reassumen„
„di, et reservata ipsis potestate aliter disponendi, si expe„
„dire videtur. act: 6. Alius modus partiendi ~~fit~~ reddi„
„dus fit perpetuis temporibus adempta omni facultate
prasidenti de ipsis ordinandi, mutandi aut disponendi,
et obfirmata voluntate subditorum contra superiorem,
nec in hoc ullomodo ei parere velint, etiamsi aliter sibi
expedire videretur: imo ad hoc ipsum et suum prasidentem
per solenne iuramentum astrinxerunt, omnem spem re„
„silitionis aufferentes, et quo ad se et posteros suos. Et
ideo, ut dicitur, nullius professionem recipere volunt,
nisi simili se adstrinxerit iuramento. Et hoc non facile
mihi persuaderi videor licitum fore, cum ibi vulneretur
obedientia ut patebit in secundo membro: et verisimile
est vitium proprietatis non evitari. Nam proprietas est
est substantia quam quis possidet per se vel per alium
modo tamen per se habendi et tanquam sui defendendi
scilicet contra prasidentis voluntatem, cum contra vo„
luntatem prasidentis hoc teneantur, non solum actu,
sed et potentia pracisa ab ordinatione prælati, cui om„

,,nia disponenda committuntur, ut prius est probatum, licet in prima partitione solum quo ad actum erat præ,,cisa, reservata potestate. videant igitur ~~hi~~ cautè hi tales quomodo ambulent in sacra religione. Nec est simile de Ecclesiis collegiatis, aut canonicis sæcularibus, qui partitas inter se habent hæreditates, quia nullo voto se obligarunt. Experientia etiam quotidiana docet, quod propter temporalium partitionem, seu aquisitionem ut plurimum discordia solet generari, atque unitas viola,,ri. ut patet de Pastoribus Abraho et Loth genes: 13. Et in ~~inte~~ primitiva Ecclesia inter græcos et hæbræos creden,,tes, inter se murmurantes. act: 6. Item forte si obiicere,,tur de mora diuturna in hoc modo vivendi; ~~quod nulla temporis longævitas~~ claret utique, si illicitus censetur modus ille vivendi, quod nulla temporis longævitas ip,,sum licitum facere potest. Nec proscriptio locum habet in illo, quod per se videtur tædiosum et vitiosum, quia contra bonam fidem nullo unquam tempore proscribitur cum malæ fidei possessor inutiliter proscriptione glo,,rietur: Et si super hoc accessit iuramentum, liquet profecto ipsum fore illicitum, et ex consequenti non servandum. Cum iuramentum non debet iniquitatis esse

vinculum. imo ex sui natura allicit ad pœnitendum et ab ipso resiliendum. Nam secundum Divini et humani Juris sancita, nisi tribus comitibus vallatum fuerit omnino non est licitum: scilicet, Judicio, Justitia et veritate. Jerem: 9. Constat autem quod præstitum in præsenti iuramentum, si vera sunt quæ dicta sunt et dicenda, caret iudicio discretionis, quia incautum: et iustitia æquitatis, quia iniquum tanquam resistens voto professionis ut videtur. Et licet confirmatio superiorum accessit, robur firmitatis hoc præbere intendentium, nihil mea interest de superioribus et eorum actibus velle vel debere iudicare, dicens cum Christo. Quis me constituit iudicem super eos. solum cordi mihi est de actibus meis, et aliorum inferiorum, de salute animarum suarum sollicitorum et consimilia requirentium meticulose proponere quid sentio sine cuiusquam reprehensione. habemus omnes unum iudicem æquissimum et infallibilem. Videat quilibet cautissime quomodo vivat, et ut eidem bene rationem reddere possit. Secundo occurrit principaliter considerandum, ne forte hæc redditum partitio contraria videatur obedientiæ regulariter promissæ cum secundum regulam S. Benedicti: obedientia non est aliud, quam prompta voluntas inferioris, ad exequendum imperium

superioris sui. Et hoc quidem obedientia habet limites suos secundum Bernardum in libello de praecepto et dispen„satione. Et hi limites distinguuntur ex conditione ap„posita secundum hanc, seu hanc regulam, secundum cuius„libet tacitam vel expressam obligantis se intentionem. Pro quo notandum quod quaedam fiunt sub obedientia, quaedam secundum obedientiam, quaedam supra obedientiam, quae„dam praeter obedientiam, quaedam contra obedientiam. In quibus quatuor primis non est grande periculum pro„fitenti, sed solum quantum ad quintum. Exemplificabo de singulis, ut clarescat, quod dicitur. Illud dico sub obedien„tia: cum imperium aut opus non iniungitur a superiori, sed tantum animus inferioris stat in promptitudine pari„endi, si iniungeretur. Et hoc ad quemlibet verè obedientem et profitentem puto fore necessarium ad salutem actu, seu habitu. Secundum obedientiam dico illa fieri, quae superior praecipere potest et actu praecipit et inferior exequitur ~~obe~~ ~~dientiam~~ praeceptum. Supra vero obedientiam, ut cum in„ferior etiam paret imperanti in his in quibus ratione pro„fessionis suae ei non est obligatus, ut quae sunt supra sta„tum, aut supra regulam ~~quam~~ secundum quam professus est. ut uti ciliciis, et abstinentia in pane et aqua sextis feriis.

Et hanc vocat Petrus obedientiam charitatis et perfectionis. In quibus secundum Bernardum nullus est limes. Praeter obedientiam dico illa fieri, quae potest ~~praeter obedientiam~~ praelatus et praecipere et admittere et prohibere suo inferiori, ad suum placitum: et tamen inferior sine praecepto aut prohibitione facit, ut quando monachus dat Eleemosinam superiori irrequisito, et caeteris similibus, quae non sunt contra obedientiam, sed indifferenter se habent. Sed contra obedientiam sunt illa, quae superior praecipere potest, et actu praecipit, sed inferior obedire contemnit, aut scienter negligit, ut sunt omnia in statutis aut regulis contenta si imperantur. Similiter et illa sine quibus non potest vita et conversatio religiosorum perdurare, ut regere officia, et curam temporalium administrare.

Quibus praemissis videamus nunc, an praesens partitio reddituum, et officialium institutio, cum caeteris clausulis annexis iuramento firmatis directe non obsistunt obedientiae secundum regulam per monachum promissae. Constat enim ex praemissis administrationem temporalium secundum regulam esse: ut patet in multis capitulis Regulae sancti benedicti supra allegatis. Quodque haec administratio una cum suis administratoribus, seu offici-

„alibus subesse debet arbitrio præsidentis. Ex capitulis prœalle„
„gatis. Aufferre igitur ista ab auctoritate præsidentis, et
obfirmare voluntatem etiam per vinculum iuramenti;
ne ei inferiores in hoc obediant, est totaliter ei claudere
manus ne hoc imperare audeat, quod ei regula concedit,
et subditis præcipit abbati in his obedire, et cum hoc subditi
in professione tacite seu expressè facta obedientiam ei pro„
„miserunt secundum regulam sancti Benedicti nihil ex„
„cipiendo. aut si sub conditione apposita professi sunt, tamen
hæc conditio cassari debet secundum iurium sanctiones, ut
infra patebit. Quis rogo tam obscuratos habet oculos, quod
non videat, quod hæc partitio in iuramento facta et firmata
directe militat contra tenorem factæ professionis. Cautè
attendatur cap: 58. Regulæ S. Benedicti: ubi dicitur. Ecce
lex, scilicet hæc regula sub qua militare vis, et ibi de pro„
fessione et obedientia facienda clarè exprimitur, cui con„
„tradicit nolle obedire, quod secundum Samuelem est scelus
Idolatriæ 1 Reg: 15 et secundum Bernardum: in Monacho
in certo casu damnabile, qui obedientiam est professus.
Si enim v g: quæreretur a Monacho secundum regulam S.
Benedicti professo existenti in tali monasterio ubi hæ
partitiones sic foventur: an teneretur obedire præsidenti?

De Partitione redditUum

Si diceret quod sic, obediat ergo exequendo imperium eius cum effectu. si diceret quod non in hoc casu ei deberet obedire propter vinculum juramenti; sic quod partialem obedientiam regulo promisisset, quam non publice in professione +exprimisset: ut estimo, hoc esset irrationale dicere. primum quia probatum est iniquum et illicitum esse iuramentum. Item quia fecit professionem secundum regulam in qua nihil excipitur. imo dicitur ibi. Et cuncta sibi imperata servare, et praeceptis abbatis in omnibus obedire: et nihil licet habere nisi quod abbas dederit aut pr[er]miserit. Item quia contra capitulum iuris. Cum ad monasterium; de statu monastic[orum] dicitur: Quod reverenter omnes abbati obediant. Item quia contra essentiam monachatus; quae principaliter consistit in obedientia secundum regulam. ita ut etiam Bernardus glossam decretalium ponit: si conditionem in professione monachus apponeret, quod non teneretur monachatus: licet oppositum sit verius, scilicet quod aeque tenet monachatus, et conditio frangatur, et habetur pro non adiecta prout tractant doctores circa cap: ult: de condit: appositis in prima glossa. imo abbas non potest a se abdicare obedientiam inferiorum: scilicet ut ei non obediant; etiam si vellet licentiare, eo

+expressisset

manente in prolatura, quia est contra regulam, contra substantiam monachatus, contra perfectionem subdi-torum et in animarum eorum decrementum. huius dicti fundamentum tradit nobis Apostolica sententia 1 ad Corin: 12. ubi cum de connexione capitis et membrorum in cor-pore naturali disseruisset applicans hanc ad corpus mysticum, quale est ecclesia et quodlibet monasterium ne a se abiicere putarentur posse hanc connexionem, et se mutuo disiungere: mox hoc improbat, dicens. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore non ideo non est de corpore, et sic de aure exemplificat. Et post: multa quidem membra sunt, unum autem corpus. Intendens hanc connexionem esse inseparabilem. Nam sicut in corpore vivo hominis cibus ad unum locū scilicet stomachum traicitur, et per animam ad omnia membra proportionabiliter datur, cuius est discernere quid cuilibet membro expediat, sic debet esse in mona-cho. neque etiam monachi possent uti illa licentia ex similibus causis. licet enim arbitrarium sit presiden-ti precipere inferiori hoc vel illud secundum contenta in regula aut statutis, secundum quod professus est, in indifferentibus: non in his quae per se bona sunt, quia


in istis proceptum non est exspectandum: nec in malis per se, quia proceptor non est audiendus, abbati tamen a se abdicare potestatem, quam accepit, omnino dico esse illicitum, ut dictum est. Et quantum parvitati mei ingenioli, inter lucere pote=rit: si consilium à me requireretur de ingressuris ad tale monasterium sic qualificatum, ne communicarer peccatis alienis putarem me salva conscientia consilium ad hoc non posse praebere, aut saltem cum magno metu propter dubium probabilem in quo stante dubitatione nullo modo licet alteram partem conditionis eligere, cum talis pericu=lo se committere videretur animae suae, periculum parvipen=dens, secundum omnium sanctorum sententiam non parvi=pendendam. Et si forte etiam robur apostolicae confirmatio=nis super his accessisset: apud me decretum est, salva fide et veritate, semper amplecti et venerari per summos Pontifices gesta: nec carpere aut iudicare per eos facta aut confirmata; quia scio in eis residere plenitudinem potesta=tis, quam sive excesserint, sive debita ea usi fuerint, ipsi viderint, cum nullum in terris super se singularem iudicem videantur habere, sed per eos iudicata Divino iudicio reservantur reiudicanda aut approbanda, aut improbanda. Scio tamen plura exiisse sub nomine


Inter Religiosos

Romani Pontificis, aut per importunitatem petentium,
aut per circumventionem horum, per quorum manus hoc
optinentur, aut alias debita, et sufficienti examinatio-
-ne non præmissa. De quibus mea nihil interesse volo,
videant concedentes simul et ~~[illegible]~~ utentes.
Hoc ut sensi et quantum de veritatis fonte elicere potui,
simplici stilo descripsi plena quidem charitate et qua
putavi veritate. Non tamen his qui verius sentiunt
proscripsi, proferens vexillum humilitatis dicens cum
Hieronymo. Nosti dogma nostrum vexillum proferre hu-
-militatis: Incitatus devotorum religiosorum precibus
quorum votis non obsequi, quantum potui nefas puta-
-vi. Nec veritatem quam novi poscentibus iubente charita-
-tis igniculo potui denegare. Pro quo non nisi charitatis
mercedem reposco qui est Deus per secula benedictus.

Amen.

1762. 28 decembr.





De Receptione & Proventibus
Monialium
& Aliorum Religiosorum
Deq; Propietate.

Omne, quod plurimorum oculis se offert, varium con-suevit habere judicium. Quippe cùm non omnibus deservit claritas oculorum. Ideo de aliquo scibili sive propinquo sive remoto aliter iudicat peritus aliter imperitus: dicente Aristotele 1° Elench: Imperiti velut à longe distantes spe-culantur: Ideo paralogizantur, ut sæpius pronuntient aurum ubi est Auricalcum. Periti verò de propè ~~stantes~~ speculantes non decipiuntur. Et hoc ubiq; Christus præ-cepit: dicens. Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate. Joan: 7. Maximè hoc in virtutibus et moralibus: ubi solis sapientibus conceditur de medio de-terminare. Stultorum vero infinitus est numerus. quo-rum iudicium sæpius vadit per abrupta tanquam ad pauca respicientes de facile enuntiant. Constat autem multitu-

„dinem cedere oportere veritati. Cum itaqȝ sacra Religiones
per totum orbem suos palmites extenderunt: mores tamen
commorantibus in religionibus et in eisdem professorum
non cernuntur ubiqȝ conformes, etiam sub eadem regula
militantium; maximè etiam in his quæ eorum tangunt
essentialia: et precipuè in monasteriis monialium et etiam
aliquando monachorum. Propiùs nobis ubiqȝ erit atten„
„dendum, et speculandum attentius utrum modus vivendi
earum, quem ut communiter in allemaniæ partibus tenent
pariat ipsis viam salutis, aut damnationis. Videmus
enim raro aliquas earum ad religionem admitti, nisi me„
„diante pecunia sub pacto et exactione, sub colore consuetudi„
„nis inveterata: unde pauperes rarò admittuntur. Quarum
pecuniarum pars pro singulis earum distribuitur in
portiones certas: pars etiam pro præsidentibus aut pro„
„prio communi usu quocunqȝ, ut asserunt exponitur.
Prandia, munuscula et clenodia varia exiguntur et
donantur contra illud capit: Jacobus de Syon: in quo Papa
improbat exactionem prandiorum protextu consuetudi„
„nis. Item videmus, quod parvus victus ministratur eis
de communibus proventibus. Ideo victum et vestitum sibi
quælibet conquirit de propriis censibus cuilibet per

amicos seu parentes comparatis, seu de laboribus propri-
-is et artificiis diversis, emendo, vendendo, coquendo, quo-
-libet sibi ipsi in propriis domunculis seorsim ad libitum
suum lautius vel parcius prout cuilibet sua suppetit
sua facultas in magna differentia et inaequalitate. Nec-
-non et ingressus secularium tam virorum quam mulierum
et ipsarum ad amicos egressum faciliter conceditur.
Etiam ad prandia et convivia tam invitant quam invita-
-tur. Taceo etiam forte de coreis in monasteriis ipsarum
quod dictu nefas existit: ita quod clausura ipsis non tenetur.
Aliique abusiones multo in ipsis cernuntur. Inter quas
tamen abusiones et de prima scilicet earum receptione, et
de modo vivendi scilicet de propriis censibus, et non de com-
-muni praesens erit speculatio. de quibus apud varios varii
sunt modi dicendi, aliis reprehendentibus aliis excusanti-
-bus. Excusantes protendunt has rationes. Quia Papa et
Romana Ecclesia scit et tollerat receptionem sub tali forma
pecuniaria: igitur consentire imo approbare videtur. Sic
etiam de censibus, de quibus quolibet earum vivit tan-
-quam de propriis. Item consuetudo ab antiquo servata
et ab ordinariis locorum cognita et non cohibita: simi-
-liter et a superioribus religiosorum scilicet abbatibus,

abbatissis et visitatoribus non prohibita non punita. Item tantam multitudinem utriusque sexus Religiosorum tanto tempore, cuius contrarium memoria hominum non existit, in precipitium mittere, presumptionis et temeritatis videtur dicere. Quinimo credendum esset, si talis modus vivendi esset damnabilis, Deus alicui revelasset, cum multa opera bona, et laudes Divinæ, ieiunia, castitates, vigiliæ sacræ, Eleemosinæ Deo inibi persolvantur ac offerantur, quæ omnia si Deus cassari permitteret, videretur Deo

crudelitas. credulitas adscribenda, quod minime est dicendum. Item Joannes An: magnus Jurista videtur in hoc assentire, quod moniales in pauperculis monasteriis ultra probendam minus sufficientem, quæ eis in conventu ministratur possunt meliorare probendam ex subsidio parentum vel amicorum, vel per proprios labores. Item idem dicit, quod Romana curia tolerat, quod religiosi in Romana curia loco vestium capiunt a prælatis suis annuam pensionem: igitur à simili loco ciborum possunt etiam recipere, cum talia debeant ministrari à suo prælato. Et in his debet esse contentus. Hæc duo allegata dicit Novella in cap: Cum ad monasterium. de statu monach: hæc rationes rationes videntur persuadere, non omnino fore illicitum

talem modum vivendi de annuis pensionibus ultra pro-
„bendam de communi ~~ad~~ministratam. Alii vero magni, et
famosi doctores et iuristæ, decretales, Canones et Regulæ
sanctorum: scilicet Augustini, Benedicti, quæ inter regulas
sunt potiores, videntur illis sentire oppositum et hanc
formam vivendi damnare. Quid ergo in his sentiendum sit,
secundum veritatem fatear, quod potius audire vellem,
quam audiri. Nec utique cœcutientibus oculis, aut surda
aure pertranseundum est: ubi de periculo animarum a-
„gitur in tanta hominum et maximè Religiosorum multi-
„tudine: quos aut salvari necesse est aut damnari. Tenetur
enim quilibet christianus instare quantum potest, et
maxime religiosus, ut sciat an status vitæ suæ sit pericu-
„losus aut salubris. Neque excusabitur per ignorantiam,
quia dicit Paulus: Ignorans ignorabitur. Imo est regula.
Vivens in aliquo statu, licet in se sit salubris, ipse tamen
probabiliter dubitat, an sit salubris aut periculosus:
talis, sic stante dubitatione et incertitudine, perseve-
„rans in eodem, committit se periculo et peccat mortaliter
propter hoc, quia facit contra conscientiam: nisi in tali
esset ignorantia invincibilis. Quantum igitur ad 1.mum
scilicet de receptione monialium, sub pacto, exactione, et

conventione alicuius formæ pecuniariæ secundum con„
suetudinem loci absolutè respondendo, quantum mihi vi„
„detur, aliis non præiudicans sanius sentientibus non
habeo rationabile et solidum fundamentum authorita„
„tis aut rationis quibus sine formidine possem initi, quod
hoc posset excusari à gravi peccato tam dantium quam
recipientium aut mediatorum, ut dictum est exigendi
sive ante sive post. Imo iudico hoc non esse alienum à
vitio symoniæ. hoc me dicere compellunt multa iura:
quorum unum est in canonico generali in cap: Quoniam
simoniaca de sid: ubi prohibitio ~~et pena~~ censuræ et pænæ
in contrafacientes exprimuntur. Item cap: 2. de statu
monast: Item urbanina. Ne in vinea. ubi Papa subpoena
excomunicationis late sententiæ, si singulares personæ:
si vero capitula vel conventus fuerint suspensionis hoc
prohibet fieri: et quod hi, hæ, et hoc ipso facto indictis in„
„cidunt pœnis tam dantes quam recipientes. à quibus
sententiis non nisi de licentia sedis apostolicæ, excepto
mortis ~~peri~~ art iculo possunt absolvi. imo prohibet sub eisdē
censuris latæ sententiæ ne ante vel post receptionem
pastus, prandia, cœnas, iocalia, aut res alias ad eccle„
„siasticum seu quamvis pium usum deputata seu deputanda

directè vel indirectè petere aut exigere quoquomodo praesum-
-ant: nec praetextu alicuius quantaecunque praetensae consue-
-tudinis tales possunt excusari cum iura in contrarium
sonant. Unde non potest dici rationalis consuetudo, etiam
quantocunque tempore praescripta: nec excusat aliquem
sed magis accusat; cum tanto graviora sunt crimina, quan-
-to diutius animam infelicem tenent alligatam. Ideo con-
-sulendum est talibus sic receptis quantocyus ad poeniten-
-tiam peragendam festinent secundum capitulum praeallegatū.
Quoniam simoniaca. Possent etiam aliae rationes et iura
adduci: sed haec tam manifesta sunt ut probatione non egeret
clariori. Quantum vero ad secundum; quod magis urget
et magis speculatione indiget. Pro quo et rationes et au-
-thoritates in adductae sunt: videlicet de annuis pensionibus
ad vitam monialibus comparatis; de quibus singulae vivent
quod in hoc veritas habere videtur: an tales in statu salu-
-tis aut damnationis sint? non mihi tantum iudicavi sim-
-pliciter affirmative vel simpliciter negativè respondere:
ne inciderem in hanc sententiam ab Abraham Deo dictam.
Nunquid perdes iustum cum impio? sed fiat separatio in-
-nocentis a nocente. Ponam igitur quaedam notabilia: de-
-inde propositiones per se notas cum allegationibus.

De receptione et proventibus Monialium

Ex quibus tam ex iure naturali quam divino et positivo manuduci possumus ad speculationem huius veritatis. sic enim ex manifestis deventuri sumus ad cognitionem minus evidentium. Cum igitur hic agatur de vitio proprie-tatis: ponamus ante oculos nostros primum in ecclesia pri-mitiva proprietarium quasi in ianuis religionum ad ter-rorem positum, ut quilibet religiosus se in eo tanquam in speculo speculetur. Ille utique fuit Ananias cum uxore sua Saphyra de quibus act: 5. quos ambos legimus mor-te subitanea a Deo percussos. hi inquam defraudaverunt de pretio agri venditi; partem ante pedes apostolorum re-ponentes et partem occultantes. In quibus Petrus princeps apostolorum invenit fraudem, mendacium, et satanae ten-tationem. Immisit enim diabolus in cordibus eorum cogita-tionem diffidentia, qua non crederent se posse sustentari de communi ministerio per apostolos proviso. Ex hoc se-quebatur defraudatio partis peccuniae occultatae et totius oblatae. deinde sequebatur mendacium, quo mentiti sunt tan-tum et non maius fuisse pretium agri venditi: Completa ergo ratio proprietatis consistere videtur in his tribus: sci-licet in diffidentia sufficientiae victus de communi: defrau-datione aliquorum bonorum pro se solo facta, et in horum

falsa negatione. hæc tria patent ex tenore textus act: 5. Item proprietas secundum rationem formalem potest sic no„tificari. Est voluntas deliberata possidendi aliquam rem nomine unius solius personæ cum exclusione cuiuslibet alterius. Et dico pro genere voluntas deliberata: quia ratio formalis proprietatis consistit in voluntate originaliter etiamsi exterior materia non assistit quo possideatur. Materia autem proprietatis consistit in re possessa. sicut dicimus in simonia mentali et vocali. Prima Deo soli nota est, et ab eo iudicatur. secunda Ecclesiæ: cuius iudicium est de manifestis. Ad excusandam ergo religiosam personam a vitio proprietatis est circa rem est: 1ma Conditio, ut res non suo nomine habeatur, sed nomine communitatis. unde nec ipse defendere nec repetere, nec pro eo agere habet sed communi„tas. 2da. ut res possessa non omnino celandi prolato habeatur: sed ipso conscio, et cum eius voluntate vere vel interpretativè 3tia. ut Religiosus semper promptus sit ad resignandum rem prolato vel omnium quo iusserit, quandocunque fuerit requisi„tus. Item sciendum quod licet prolatus non possit religioso concedere rem tanquam proprium, potest tamen ei concedere usum rei, sic quod ille non cogatur alteri rem dare ad utendum ad cuiuslibet libitum, nisi prolatus iusserit. In quo prola„

-tus sibi ipsi proindicare non potest sic, quod promitteret, quod nollet repetere rem, aut usum rei alteri dare. Quia hoc esset sibi dare proprietatem rei: imo semper in prelato debet permanere authoritas ad dispensandum res omnes monaste-rij: secundum quod sibi videtur expedire toti comunitati. quia hoc habet ex natura suo presidentiæ: secundum capit: Cum monasterium: de statu monast: Item notandum quod apo-stoli regulas religionum originaliter suo exemplo vivendi in primitiva ecclesia instituentes videlicet in actibus Apo-stolorum post ipsorum divisionem in universum orbem non actu de communi ministerio aut oblationibus in Jerusalem vivendi; sed stipendia sumebant a fidelibus quibus prædica-bant, et aliqui propriis manibus victum quærebant, cum equerunt: ut Paulus testatur in Epistolis suis et lucas in actibus Apost: per hoc tamen non credebant se a prosientia perfectione recessisse: licet cum venerunt iterato in Jeru-salem ad sanctos, ibi commorantes quæ quæsierant per opera manuum suarum aut per largitionem fidelium om-nia ad commune reponebant sicut Paulus cum Barnaba se fecisse testatur in Epistola ad Corinth: Post premissa no-tabilia sequuntur aliquæ propositiones. Prima in quocun-statu homo fuerit stante mortalitate præsentis vitæ oportet

quod habeat necessaria corporis pro sustentatione praesentis vitae. Patet haec propositio: quia hoc utile, cui nihil praeiudica-re potest stante fide. hoc ideo dico: qui homo secundum August: potius deberet fame mori, quam idoloticis vesci. secunda propositio. legi humanae naturali nec votum nec praeceptum superioris hominis potest praeiudicare: quia secus faciens Deum tentare videtur; et lex naturalis adeo est rebus inserta quae non nisi à Deo mutari debet: et ideo etiam furari erit licitum tempore necessitatis famis, saltem ea, quae ad ex-tremum victum pertinent. 3tia propositio. omnes religi-ones concordant in tribus substantialibus: scilicet, obedi-entia, abdicatione proprietatis et continentia castitatis. Non eget probatione. Quarta propositio. Nullus Religiosus salvari potest moriens in vitio proprietatis, nisi in extremis poenituerit: sed quia talis est in mortali; et diem suum clau-dit extremum in peccato mortali. Cui etiam ecclesiastica denegatur sepultura, sed in sterquilinio debet sepeliri: sicut gregorius legitur fecisse. ~~Septima~~ Quinta propositio. Neque papa neque praelatus aliquis religiosorum potest dispensare cum monacho, ut habeat proprium: Est expressus textus: Cum ad monasterium: de statu monast: ad finem capituli. Sexta propositio. Praesidentes regiminibus locorum Re-

„ligiosorum ex statutis ipsorum tenentur religiosis pro„
„videre de necessariis vitæ et communibus proventibus
monasteriorum. Patet hoc ex regulis B. Augustini et Bene„
„dicti; quæ hoc manifeste disponunt, et ex multis iuribus et
canonibus, quos hic allegare omitto propter brevitatem. Septi„
„ma propositio. Non plures personæ utriusque sexus debent
recipi ad monasterium, quam comode et sine penuria possunt
de communibus monasterii proventibus possunt sustentari.
Pedita propositio de statu reg lib: 6. capit: unico. Periculo.
et sane ibi Papa clare hoc prohibet: et præcipue hoc capitulum
respicit moniales et eorum modum vivendi: quod cap: per mul„
„tas non observatur: præcipue de perpetua earum clausura, clau„
„stro et de exclusione personarum sæcularium. Et hoc propositio
clarius expressa est per decretum magnæ synodi constantiensis.
Et si hoc propositio effecualiter servaretur, in religionibus
multæ abusiones, et deformitates tollerentur. Octava
propositio. Regulariter verum est quod omnes Religiosæ
Personæ utriusque sexus tacite, vel expresse aliquam re„
„ligionem approbatam professæ sub debito professionis obli„
„gantur de communibus proventibus vivere. hoc propositio
clamatur esse vera per Regulas sanctorum religiones insti„
„tuentium scilicet Augustini: qui hoc quam de cibis quam

de vestibus exprimit in regula sua. Similiter et Benedi-
-ctus in sua regula in pluribus capitulis. Similiter et duo
decreta recentia concilii Constantiensis: scilicet, quod de
una olla eodem potu et vase bibant et comedant, et de eodẽ
vestiario vestiantur. Et precipit locorum ordinarius sub
excommunicationis poena, quod omnes Redditus sive perpetuo
sive ad vitam per parentes aut amicos pro religiosis personis
singularibus deputati post professionem in communi debent
proveniri pro omnibus, et communi refectorio debent omnes
manducare. Disponit etiam regula S. Benedicti in capit: de
filiis nobilium quomodo recipiantur: scilicet quod paren-
-tes iurare tenentur: ut filio suo nihil dare velint actione
habendi nec per se neque per alios atque omnia precipit ab- scindere
-stinere, sic quod nihil filio debent cedere de bonis paternis
ne in anima pereant, quod experimento dicit se didicisse.
Sed si voluerint aliquid in aliquem dare, debet hoc dare mo-
-nasterio, scilicet in communi non filio etc. ut ibi patet.
in quo etiam concordat decretum concilii Constantiensis.
Et hoc precipue disponit de monialibus, et dicit hoc esse contra
ordinis essentialia et revera proprietas. hanc etiam pro-
-positionem probat capit. cum ad monasteriũ: de statu
monast: hoc omnia oculum habent ad fontem primitivo

De Receptione et Proventibus Monialium,

Ecclesia sanctorum pauperum in Jerusalem, ex quo hause„ „runt statuta, prout Lucas testatur in Actibus 4. et 5 cap:is. Erant inquit illis omnia communia: nec quisquam aliquid suum esse dicebat, sed dividebatur singulis prout cuicunque opus erat. In qua transgressione non solum sunt culpabiles red„ „ditus ad vitam possidentes, sed etiam procurantes, donantes, deputantes et adminiculantes. Nam si periclitantur in ani„ „mabus possidentes, potius consilium et auxilium ferentes. sicut dans gladium alteri ut se interficiat scienter. Cogor ergo ex promissis dicere: omnes tales stare non sine peri„ „culo animarum suarum tam subiectos quam prosidentes, ipsos in hoc consentientes. dicit enim Paulus. Digni sunt mor„ „tis non solum facientes, sed et qui consentiunt facientibus. ad Rom: 1. salvis tamen moderationibus infra dicendis. Nec credat se talis habens annuos redditus pro persona sua posse apud Deum esse excusatum a vitio proprietatis perso„ „nae, eo quod superior suus hoc concedit, quia licentia ex„ cedit limites suos: nec potest licentia superioris de illicito tali facere licitum, cum sit contra substantialia religio„ „nis; nisi possit declarare tunc ex licentia superioris fie„ „ri non proprium sic quod uni est proprium alteri non est proprium ex causa rationabili. ut patebit del

etiam eidem uno tempore esse proprium quod alio tempore
eidem non est proprium. sicut patet de peculio habito per re-
ligiosum non habentem communem administrationem,
et est proprium et illicitum. Idem tamen peculium tenere
pro communi administratione, re non mutata, sed officio
et intentione iam non meretur dici proprium ut patet per
capitulum 2. de statu monach: Monachi. Et hoc omnes re-
gulae concedunt et admittunt. Nona propositio. In monaste-
riis religiosorum utriusque sexus in quibus redditus et pro-
ventus sufficiunt pro sustentatione personarum, nulli pro-
fesso licitum est tenere aut habere annuam pensionem censu-
um pro se solo, sive perpetuam sive ad vitam. Patet haec proposi-
tio ex prioribus deductis, quia hoc non est a vitio proprieta-
tis alienum. Et si obiiceretur: licet sufficientes sint pro-
ventus monasterii, tamen praesidentes non sufficienter
fratribus aut sororibus administrant necessaria victus
et vestitus. Ad hoc respondeo: querela deferenda est ad supe-
riores praelatorum, ut compellantur necessaria ministra-
re subiectis. Et hoc innuit B. Benedictus in regula sua dicens.
Ideo dentur ab abbate omnia quae necessaria sunt. Et enume-
rat etiam minima: ut acus, tabula, mappa etc, ut compellan-
tur necessaria ministrare subiectis. ut omnis hoc modo

auferatur actio necessitatis. Licet heu per plures præsiden,
,,tes in religionibus hoc parum curatur, qui per tenui,
,,ssimum victum conventum; ipsi vero superfluitatibus suis,
atque pompis pene divinis proventus exhauriunt. Quandoque
etiam subditi aliqui nolunt stare contenti in provisione
possibili et moderata, de quibus tamen ego non iudico. Tamen
hoc scio, quod in multis locis fratres et sorores cum parcita,
,,te nimia providentur: Ideo multa scandala, et murmura,
,,tiones generantur ex nimia inequalitate distributionis
et acceptione personarum. De quibus omnibus præsiden,
,,tes tenentur Deo reddere rationem, si saltem possunt hunc
emendare et supplere defectum, sed nolunt. Decima propo,
,,sitio. Duas causas solum præsidens potest concedere reli
gioso sibi professo, ut usum rerum habeat circa ipsum tamen
auctoritate sic vel aliter disponendi remanente. Et hæ duo
causæ sunt utilitas et necessitas: et his duabus causis etiam
subditus potest uti licite re illa sive sit pecunia sive alia quæ
,,cunque durantibus et stantibus eisdem. Patet propositio;
qui necesitas legem non habet et utilitas excusat. Sed quæro
quæ sit illa necessitas, aut quæ utilitas? dico quod duplex
est utilitas et necessitas: quædam privata quædam comunis.
Privata necessitas est: ut cum extenuati fuerint proventus

monasterii et non possunt fratres et sorores de comunibus proventibus seu facultatibus provideri et offertur aliquid alicui à parentibus aut amicis valens ad victum aut vestitu: aut quod quis sibi necessaria procuret de arte scribendi aut aliquid aliud laborandi, tamen secundum communem regulæ observantiam quod non potest partiri in plures. Necessitas vero communis patet in administrationibus comunitatis, ut in officialibus. utilitas verò privata, ut in concessione librorum pro sua ædificatione. Communis verò, ut in instrumentis ad aliquem laborem communem aut ad causarum monasterij procurationem propter defensionem eiusdem. Ideo § insto: quod in studio residentibus pro communi utilitate, in itinerantibus propter causas monasterii, aut ubicunque ex obedientia peregrinantibus, aut aliud agentibus pro communi utilitate aut necessitate licite conceditur usus pecuniæ aut aliarum rerum durantibus eisdem, quibus cessantibus cessant et effectus, ut quod residuum est ad commune reponatur. Semper tamen tales promptum animum gerere debent ad resignandum superiori postulanti sine contradictione et sine mora. Non tamen de facili superiores ista debent concedere, quia multi faciunt de non causis causas et fiunt inæqualitates in cibis

vestibus, quae generant detractiones, lites, et impatien-
-tiam animorum et acceptiones personarum. Infero
etiam ex isto: In monasteriis abundantibus in communi-
-bus proventibus, ubi necessaria non administrantur
fratribus et sororibus ut forte posset remedium adhiberi per
superiores, consulendum est, quod tales deberent se trans-
-ferre ad monasteria alia, ubi necessaria darentur, et ubi
regulariter ~~vi~~vivere possent. Aut si hoc iterum fieri non
posset, ex tunc ex concessione legis naturae et per virtu-
-tem Epikeiae tales licentia superiorum possent sibi victum
et amictum conquirere per amicos aut per propriam artem
solum de vitae necessariis, superflua amputando, sicut et
apostoli fecerunt inter gentes praedicantes post recessum
de Jerusalem: ut dictum est: quia legi naturae nihil po-
-test praeiudicare. Et ne de soliditate veritatis praedictorum
aliqua relinquatur opinio falsietatis seu dubietatis:
miraculum quoddam, quod nisi fallor, Cyrillus Archiepisco-
-pus Hierosolimitanus ad B. Augustinum scribens nar-
-rat inter caetera miracula B. Hieronymi praesentibus
censui annectendum. dicit namque. Quomodo in partibus
superioris Thebaide quoddam solenne erat monasterium
Monialium, ubi ducentae Moniales vita et honestate

religiose Deo debitum solito erant exhibere famulatum:
hoc solo vitio Simoniacæ pravitatis ab ipsis non excluso.
Nullam enim recipere ad sui consortium solitæ erant sine
certa peccuniæ quantitate. fuit inter eas quædam ætate
grandæva inter cæteras orationibus, ieiuniis, et religione
præcipua, quæ hoc vitium plurimum detestabatur. Cui
quadam nocte in oratione beatus Hieronymus apparens
locum cellæ eius immenso lumine illustravit: præcipiens
eidem, ut summo mane abbatissam et omnes moniales con-
-vocaret, eisdem nuntiatura, ut a prædicto vitio cessarent;
alioquin divinam vindictam absque dubio in se sentirent.
Quo dicto gloriosus Hieronymus disparuit. Prædicta monia-
-lis ignara quis ei talia retulisset, nihilominus paruit
iussioni. Campanaque pulsata omnes adesse fecit, cunctis
mirantibus de causa insolitæ convocationis. Surgens
hæc eandem visionem omnibus narravit. audientes aliæ
irridebant eam fatuam et ebriam pronuntiantes. Ipsa
patientiæ scuto se muniens ad solitas confugit orationes:
petens ne mala comminata eis advenirent. Post decem
dies media nocte idem sanctus Hieronymus eidem in ora-
-tionibus constitutæ iterum apparuit, ut ea quæ prius
nuntiaverat dictis monialibus intimaret. ad quem illa

De Receptione et Proventibus Monialium

Quis es Domine! qui talia mihi intimanda precipis? Respondit vox: Hieronymus ego sum, inquit: et postea disparuit. Illa vero duritiam monialium non ignorans, quid ageret coepit cogitare. Tandem malens insana et ebria reputari, quam divinis contra ire mandatis: rursum convocatis monialibus, eadem ipsis intimavit. Videntes eam in medio surgere ut intimaret visionem mox cum cachinationibus et convitiis de capitulo exierunt, et audire eam contempserunt. Transactis post hoc tribus diebus idem sanctus Hieronymus prefatæ moniali dormienti societate vallatus Angelorum media nocte apparuit excitando eam iussit ut mox monasterium exiret, ne et ipsa cum aliis Divinam sententiam exspectaret mox futuram. Illa supplicavit Beato Hieronymo ne hoc fieret. Cui Hieronymus. vade, inquit ad Abbatissam et omnes convoca dicens eis: nisi poeniteant, hac nocte Divinam sentiant ultionem. Si vero in sua duritia perstiterint: tu statim exire monasterium ne moreris. His finitis abscessit. Monialis hoc audiens capitulum adiit, vehementiq. signo campanæ omnes ad capitulum convocavit. Abbatissa evigilans et suspicans campanam ab illa pulsatam cum furore ad capitulum venit, diris minis illam increpans,

nullum ab ea verbum voluit audire, promittens, quod nisi cessaret, amplius in monasterio non remaneret. Cui illa ne tardas inquit, quæso hoc agere quod promittis; pro„fecto me nostras hoc in loco non amplius mansuram. glorio„sus equidem Hieronimus apparens mihi iudicium huic monasterio affuturum prodixit. abbatissa hoc deridere cœpit et ostiariam vocans iussit ut mox eam tanquam ve„sanam de claustro effugaret: mandans ut per aliquot ho„ras sic eam extra dimissam postmodum reintrare per„mitteret, ut sic punita a vesania sua cessaret. hac dereli„cta sanctimonialis Domina quam citius potuit de mona„sterio est egressa, lacrymis tamen perfusa doloribusque repleta pro his quæ noverat monasterio eventura. cumque vix limen ostii sanctimonialis Domina excesserat totum subito corru„it monasterium omnes opprimens moniales nulla viva re„manente. Ista vero Domina in quodam venerabili Domina„rum monasterio quod apud inferiorem Thebaidem situm est hactenus sanctitate precipua viva manet. hoc ille. Ecce Deus omnipotens post admonitiones scripturarum, post ad„monitiones etiam humanas non desistit sanctos suos destina„re ad corrigendum scelera hominum dans clare intelligere quantum vitia habet exosa, etiam per pœnas terribiles

+de re lota

in praesenti vita inflictas. Sed forte diceret quis: cum hodie multi similes illis sunt in culpa, cur non eodem vel simili poena a Deo puniuntur? ad hoc clarissima est responsio. Nam scitur secundum Augustinum quod Deus non dimittit dedecus culpae sine decore iustitiae: licet in prae-
-senti vita haec et similia vitia non punit, minime tamen ea impunita derelinquet in futurum, maiori sine dubitatio-
-ne poena, et tanto acerbiori, quanto diutius hominem sinit hic in eis morari: dicente apostolo ad Rom: 2. secun-
-dum duritiam tuam et cor impaenitens thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei. Aliqua autem Deus hic punit ad terorem aliorum: alios reservat in die generalis iudicii aeternaliter puniendos, si sine poe-
-nitentia vitam praesentem finirent. Sic Ananiam et Saphyram et alios hic punivit, non tamen omnes alios. Sic Heli sacerdotem summum punivit: non tamen omnes alios similes eidem in culpa. Ideo minime est gloriandum de impunitate peccatorum in praesenti, quia magis hoc est signum irae Divinae quam misericordiae; secundum omnes doctores. Undecima propositio. habentes annuos census in monasteriis ad vitam ipsorum, et nolentes eos resigna-
-re ad manus superioris requisiti ab eis, dummodo ipsis

necessaria providerentur, stant in periculo suarum ani-
-marum, quia notoriè utuntur eis tanquam propriis con-
-votum professionis, contra ordinis substantialia. Sed
quoreret quis dicens: Ex quo quadam glossa Bernardi super
capitulo: qui Simoniaca: videtur disponere, quod si paupercu-
-lum sit monasterium possent recepturi ad recipiendum di-
-cere, ut secum portet unde vivat, quia non sufficit monaste-
-rium talem sustentare. Igitur videtur innuere illa glossa,
quod talis possit habere annuos census seu proventus.
Ad hoc respondetur. Glossa Bernardi per concilia genera-
-lia et subsequentia iura modo locum non habet: ut dictum
est in sexta et septima propositionibus. Etiam glossa illa
se ipsam corrigit cum dicat, quod cautius sit quod hoc non
fiat: ideo non est vis facienda in illa glossa. Etiam potest
et debet intelligi illa glossa, quod si aliquid pro sua susten-
-tatione secum tulerit ~~aportet~~ ad pauperculum monasterium,
hoc debet ad comunitatem reponi, ne sit onerosus monaste-
-rio, et non debet nec potest pro se reservari: ut dictum est
propter vitium proprietatis et scandalum ac inaequalita-
-tem aliorum, nisi fieret pro communi administratione:
sic quod absolute nulli religioso licitum sit aliquod peculium
nisi pro communi administratione extra casum necessitatis.

Sed forte aliquis vel aliqua de talibus. tempora mutan-
-tur in diversas qualitates, et similiter prolati variabiles
sunt. si unus est qui necessaria ministrat, alius postea
dare recusat. unde resignatione in communi facta post-
-ea sequitur egestas, maxime in monialibus, ubi discursus
earum per mundum est periculosus, et mendicitas odiosa.
Ad hoc primo respondeo, quod talis debet sibi imputare cur
talem locum elegerit ex quo scivit, et ex permissione Dei
iuste hoc patitur: quia ingressus eius fuit vitiosus, quia
tali pacto ingressum petiit ut de proprio vivere possit, quod
non licuit: ut dictum est. Ideo iterum infero: quod antequam
aliquem talem locum eligere debuit ad ingressum tali pacto
potius se nuptui deberet tradere in seculo remanendo. Neque
consulendum videtur, imo dissuadendum est parentibus et
amicis, ne talibus sic vivere volentibus in claustro de
propriis redditibus ad vitam aliquod prostent auxilium
consilium vel favorem. quia auctores erunt malorum
et participes pœnarum insecuturarum. Et potest dici non
imperite talibus scandalosis, qui timent resignare dictas
pensiones ad communitatem. Ibi trepidant timore ubi non
est timendum. forte Deus suos non habet unde nutrire vale-
-ret, cum ipse promittit: Quærite primum regnum Dei, et

justitiam eius, et hoc omnia adiicientur vobis. Et utinam hoc sancta voluntas inesset omnibus, ut quilibet suos pro„ „ventus poneret ad communitatem, et laborarent omnes pro communi bono et haberent fideles dispensatores, procul dubio multo quietius, et abundantius procurari possent, quam sic quilibet in singulari: ut docet experientia in comunibus bursis studentium. Sed proh dolor! occulte se ingerit se lau„ „tior et delicatior affectus procurationis in particulari quam in communi, et alia multa inconvenientia, scilicet convivia et combinationes amicorum et sociorum. Posset tamen cautela fieri circa talem resignationem, ut sub certis litteris et signis fieret inscriptio, quod, si non fieret sufficiens pro„ „curatio in futurum per alios prolatos, quod posset reingredi ad tales pensiones pro solis vitæ necessariis habendis cum su„ „periorum concessione; sicut mox dicam. hoc de ingressuris ad talia loca, scilicet quod ingredi est incautum. Quid ergo de ingressis iam sub tali pacto, ut ad tempora vitæ possint ta„ libus pensionibus annuis sustentari, suntne omnes isti in periculo damnationis, vel si est aliquod remedium salutis? ad hoc respondetur absit, ut non adsit resina in galaad, neque medicus inter filios Dei. Primo talibus consulendum vi„ detur ut pœnitentiam assumant per puram confessionem,

et integram satisfactionem ∴ deinde offerant sponte istas pensiones pro usu communi: sic tamen quod ipsis sufficien-ter de victu et vestitu provideatur, ne egere et mendicare cogantur. Quod si forte aliqui fuerint qui hoc facere nolint nec resignare ad communitatem ∴ sed et monasterium sit ad paupertatem redactum: et forte qui parati sunt ad re-signandum, verisimiliter timent se defraudari posse, nec sibi sufficere nec aliis, ex tunc sic apparet eis consulendum fore, ut sint a vitio proprietatis alieni, et retineant usum censuum cum voluntate superioris, non nomine proprio aut suo, sed nomine monasterij, eos tanquam pro victualibus ipsis à prelato deputatos, et eos tempore solutionis nomi-ne monasterij exigentes, et superiori praesentatis et licen-tiam postulantes ab eodem, ut necessaria vitae per istum annum possint recipere, tanquam à communi dispensatore eos reciperent: et si quid superfuerit promittant se ad com-munitatem velle resignare circa finem anni cum hac protestatione. Quandocunque ipsis de communi potest suf-ficienter provideri, quod tunc omnia debent cedere in communi: abdicantes ab eis omnem proprietatem. Et cum hoc teste conscientia eos habeant non tanquam propria, sed tanquam de bursa communitatis ipsis deputata pro solo usu

ipsorum, ita quod non interveniat ibi fraus neque dolus, excludentes à se superfluitates pretiositates ac nobili-litates, curiositates in victu et vestitu solam attendentes necessitatem secundum monasterii facultatem. sic etiam personæ pauperculæ facere debent, quæ nullas habent pensio-nes, sed vivunt de labore manuum suarum. Per talem modum puto eas esse in statu salutis. ~~qa~~ cum quælibet teneatur habere unde sustentari valeat, vel per se, vel per alios. Et puellas per seculum vagari non licet. sic igitur qualificatas cæteris paribus non video eas esse in animarum periculo. Et si quis aliter dicere præsume-ret, det veras solutiones obiectorum, et sponte cedendum iudico verius sentienti. De violatione vero clausurarum, et de vago discursu monialium, et ingressu aliorum ad eas ego nullam ream excusare volo nec debeo, quin incidant pœnas expressas lib: 6 de statu re cap: unico. Periculo-so. cum adiectione pœnarum quoad prælatos, ut dictam decretalem discrete studeant observare sub pœna privati-onis omnium suarum dignitatum, et officiorum, quam à die constitutionis ultra sex mensium spatium neg-ligendo incurrant ipso facto, ut patet in decreto Concilii Constantiensis. similiter clementina de pœnis


visitare ibi expressis. Accedam ergo ad solutionem ra-
-tionum ad oppositum. Prima et secunda tanguntur quo-
-modo papa et ecclesia Romana et curia tolerant tam
receptionem mediante peccunia quam etiam modum
vivendi in monasteriis monialium per annum mensem etc.
Et similiter tolerare videtur quod in Romana curia Re-
-ligiosi annuam pensionem recipiant, aptantque pro
suis vestibus: sic etiam de aliis ut patet in alia ratione.
Ad hoc videtur sic respondendum. Puto et scio neminem
sapientem sic desipere, ut concedere cogatur ac dicere
quod nulla in curiis Romanorum fiant illicita, sed
omnia essent licita: imo forte plures ibi fiunt transgre-
-ssiones quam alibi, quod experientia testatur. Ibi quippe
sic alibi non omnes obediunt Evangelio. licet enim Papa
ibi suam habet residentiam, non tamen omnia vitia potest
extinguere, sicut et Christus in Jerusalem crebrius
predicavit, et propheta: et tamen sceleratiores non erat
quam in Jerusalem, ut patet ex penis inde secutis.
licet enim terra et locus sanctus sit semper propter san-
-guinem sanctorum effusum, non tamen ideo sequitur
quod nulla vitia ibi perpetrentur. Neque Papa per suam toleran-
-tiam illa omnia approbare videtur: quia per omnia iura

adducta illa sibi displicere deiurant. imo scio si deducerentur ad iudicium et debito examine subiicerentur certus sum quod talia et alia multa ibidem practicari solita sententialiter condemnarentur. Ratio etiam de consuetudine inveterata ~~est~~ soluta est prius, quia non est rationalis, qui opposita iuribus et votis religiosorum, quo nunquam proscribit. alia etiam ratio de tanta multitudine taliter observante, quomodo non est credibile damnari: 1mo dico quod non est sperandum quod omnes obstinato animo hoc faciunt. sed aut ex ignorantia quo magna est in sexu muliebri propter defectum rationis. aut faciunt hoc cum promptitudine animi resignandi dum necessaria eis administrarentur solum usum rerum ~~habentes~~ et non proprietatem habentes ut dictum est. attamen si pertinaci animo, et contra votum paupertatis hoc multitudo ageret, nullam habens excusationem, quod non est credendum: Non esset mirum quod damnatio plures involveret, quia multi vocati, pauci electi. Et archa in locis bestialibus, scilicet in infimis lata in summo arcta erat, ubi homines rationales habitabant. Semper enim numerus stultorum excedit numerum sapientium. Ideo cauté ambulandum est et videndum, non quid multi faciunt, sed quid sapientes

consulunt. Nec alia ratio aliquid concludit: quod multa opera virtuosa a talibus in claustris fiunt. Scimus enim quod modicum fermentum totam massam corrumpit: et malum nominatur ab uno solo malo: Bonum vero ut aliquid nuncupetur, oportet, ut omnes conditiones sint bonæ exemplo illius pharisæi Evangelii Lucæ. 18 multa bona enumerabat in se, et unum solum malum habuit, quod omnia bona infecit: ideo omnia bona sua in nullo ei profuerunt. Apostolus enim veraciter dicit: ideo inter vos multi infirmi, et imbeciles, et dormiunt multi: scilicet tam in Pastoribus quam ovibus 1a ad Corinth: 11. Ideo consulendum est visitatoribus et confessoribus omnium talium, ut diligentiam faciant pro reformatione. Taliter ut promissum est me sentire cogunt auctoritates et rationes inductæ et allegatæ utique magis cautæ. Si quis aliter putaverit sentiendum, solutionem ponat obiectorum, et videat caute ne animas multorum in præcipitium damnationis ducat, et ipse simili pœna plectatur.
Salva correctione Ecclesiæ et cuiuslibet sanius sentientis.

Amen.

1762. 31. Decembr.



De Contractibus & Redempti-
-onibus.

Post multiplicia insignium doctorum florida ~~studia~~ scripta ~~et~~ tam Divinorum quam humanarum iurium autho-
-ritatibus fulcita, licet inter se non parum discrepantia, imo invicem contradicentia de contractibus præsertim ad reemptionem seu ad vitam unius vel plurium personarum, quæ sufficere viderentur, et sufficere deberent cuilibet in-
-formari cupienti: tamen propter fastidiosos lectores, aut copiam doctorum, tractatorum, aut tractatuum habere non valentes, et qui, quantum plurificata fuerint dicta, tanto latius se diffundere habent, cordi meo ~~est~~ existit tenuas quas-
-dam lineas ducere stilo qualicunque pedestri de prædictis non contradicens aliorum scriptis in præfata materia, neque eos damnans, sed comitem me eis probeo quantum valeo, licet non quantum vellem, veritatis semitas me in-
-vestigare polliceor, non diffusius Divinarum et humanarum legum flores præsentibus inserendo, quarum, qui avidus est

Propositio 1 recurrat ad dictorum scriptorum apices. Hoc primum indubitatum teneo. si inter fideles Christianos non defer-buisset charitas atque pietas, justitiaque non exularet dato libello repudii: cupiditasque non adeo incanduisset, procep-taque Divina inviolabiliter manutenerentur quoad Dei et proximi dilectionem, prefati contractus non essent [fuissent] adeo multiplicati et frequentati: ut hodie est cernere. Pallian-turque saepenumero sub colore splendido, quod si detectum esset sui corruptionem omnibus luce clarius demonstraret.

aureo

ubi quaeso hodie est pietas Venerabilis Tobiae? qui videns Gabelum sui generis virum in Rages civitate Medorum egentem eidem tradidit sub Chirographo decem talenta argenti. Non dixit: annuam a te censum exigam ad tempus seu ad vitam. ubi sunt viscera pietatis pii Pontificis Nico-lai? qui noctis tempore clam intulit pondera auri dans ea tribus virginibus, ne praetextu paupertatis cogerentur incestu maculari. ubi denique [demum] observantur divinae legis [observantia:] decreta mutuum dantes, quod est consilii, et nihil inde sperantes quod praecepti est? ubi etiam Dei praeceptum in veteri lege? si pecuniam mutuo dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. si pignus a proximo tuo acceperis

s annuum

vestimentum, ante solis occasum reddes ei: ipsum enim est solum, quo operitur, indumentum carnis eius Exod. 22. Et talia innumerabilia, quae Christianum movere deberent ad opus pietatis respectu proximi: et non dubium, quin potius mutuum acciperent, quam censum venderent etc.

Capitulum I

De Venditione & Re Vendibili

Et quoniam secundum Aristotelem eadem sunt principia essendi et cognoscendi quo ad praesentem materiam, in qua laborant opiniones sibi contrariae famosorum doctorum: Et fama quam multi famant in toto non deperditur: restat ut qualibet positio aliquid habeat veritatis, et forte, licet forsan in verbis sibi adversantur, sed non in ~~facto~~ sensu, aliis, et aliis considerationibus utentes ~~ibus~~, quarum considerationum diversitas tollit contradictionem, quo semper debet esse ad idem. Non autem pro nunc stilus noster invigilare intendit concordantiae opinionum, sed sub verborum compendiis ad lucem ponere quod sentit. Et ex quo nunc agitur de venditionis contractu ad excludendum alias species commutationum, videndum est, quid originaliter sit, vendere et emere, et revendere et reemere, ex quo illa pari passu se concomitantur. Unde vendere sic describi potest.

De Contractibus

Vendere est rem vendibilem propriam in dominium alterius personæ transferre, iusto pretio interveniente: sive hoc sit sub pacto "revendendi, sive sine pacto", lucro, et damno residentem ~~circa~~ contra emptorem. Ista notificatione emptionis et venditionis totus mundus utitur. Qua notificatione benè pensata facile potest patere aditus ad decisionem propositi dubii: scilicet an liciti vel illiciti sint contractus reemptionis sive ad tempus sive ad vitam: ut in sequentibus clarebit. Nam absolute hos contractus illicitos dicere: declarationibus Romanorum Pontificum videtur contradicere. Nam contradicit talis uni Clementino: monasteriorum de rebus Ecclesiæ alienandis vel non: contradicit etiam declarationi Domini Martini Papæ V. Item quod magis est contradicit Divinæ legi. Legitur enim Levitici 25. quod Dominus prohibuit filiis Israel ne terram venderent in perpetuum, sed titulo reemptionis, quia inquit: mea est terra, et vos advenæ et coloni mei estis. Item in eodem capitulo. Qui vendiderit domum inter urbis muros, habebit licentiam redimendi, donec unus annus impleatur. Si non redemerit, et anni circulus fuerit evolutus emptor possidebit eam, et posteri eius in perpetuum. Ecce emptio et venditio tam perpetua, quam ad tempus ex Divina lege. Contradiceret

2a Propositio

A Redemptionibus

etiam iste pene ~~immutabilibus~~ fundationibus ~~altariorum~~ + innumerabili,,bus
beneficiorum ecclesiasticorum, altariorum et talium
multorum, quae fundata sunt in talibus contractibus: et
ostium magnum pateret scandalis clericorum, et men-
dicationibus, Divinusque cultus graviter ruinam pate-
retur: et laicalis populus solitis fraudaretur obsequiis,
et devotio fidelium extingueretur ad erigendum divinas
servitutes et cultum Divinum ampliandum: et talia
multa inconvenientia sequerentur. Dicere etiam et 3a Propositio
asserere profatos contractus qualicunque circumstantia
vestitos fore licitos, nec indigere modificatione aliqua
omnino iudico incautum fore propter multiplices frau-
des et astutias hominum, cupiditate eos ducente. facile
enim esset mutato contractus vocabulo ficte vendere, ubi
in veritate esset mutuum. legat certificare volens cap:
Illos vos de pig: et capit: ad nostram de Empt: et venditione.
Et sic plura de usuris: c. navigant ~~[illegible]~~ in civitate, et con-
suluit. et alia. et ibi fraudes et dolositates, ex avaritia fonte
emanantes hauriet. Pergendum igitur est per viam 4 Propos:
mediam, media enim via tutissimus ibis, non nimis
laxato, nec nimis arctato sinu. Quodlibet enim quis mo-
rale nisi modificetur et vestiatur certis circumstantiis

declinare potest ad malum, ut patet in ieiuniis orationi-
-bus, Eleemosynis: multo magis præsens, de quo nostra ver-
-satur intentio, ~~tum~~ cum nec per se bonum ~~nec~~ sit, nec malum
per se, sed ex modo et forma suam sumit habitudinem. Ideo
vendibile est res temporalis ut talis non annexa spiritu-
-ali, transibilis in alium, æstimabilis pretio. dicitur 1o
res temporalis ad excludendum res spirituales, quæ nullo
æstimari possunt pretio: per quorum venditionem incur-
-ritur simoniæ crimen. Dicitur 2do: ut talis: quia aqua
benedicta vel oleum benedictum licet sint res temporales
tamen ut spirituales venditioni non sunt subiecta. 3tio
dicitur spirituali non annexa, quia ius patronatus, quod
est annexum vel accedens beneficio, est res temporalis, quia
a laicis habetur, et tamen temporalis transfertur de uno in
alium: non tamen se solo vendi potest, sed cum annexo. Item
dicitur transferibilis: quia, quod non est alienabile non est ven-
-dibile, sicut opera charitatis, pietatis et aliarum virtutum,
quia hæc non sunt vendibilia. dicitur etiam æstimabilis pretio:
ut proportio æqualitatis conservetur inter emptorem et ven-
-ditorem. gaudere enim quilibet illorum debet de æquitate: nec
alter lugeat de damno, et alter gaudeat de commodo, sed uterque
sentiat emolumentum. Ecce in his stilus fundamenta iecit

& Redemptionibus.

per descriptionem venditionis et vendibilis ad materiam infra dicendam et declarandam.

Capitulum II.

De Oculo Simplici & Fraude.

Accingat se stilus in ante quid sentiendum sit de his con-tractibus, quantum interlucere poterit de ementibus et ven-dentibus, sub titulo reemptionis et venditionis ad vitam, ut iustitiæ semitam non excedant, nec conscientiæ maculas admittant. Plura enim sunt in humanis actionibus, quæ, licet tanquam illicita argui humano iudicio nequeant, Divino tamen iudicio tanquam insontes non approbantur; quia alia via iudicia humana, atque alia via iudicia ~~humana~~ Divina. Nam homo videt ea, quæ patent; Deus autem intuetur cor: In omni itaque actione humana, ut deformitas devitetur ocu-lus cordis primitus est purificandus: quæ purificatio in duobus consistit secundum Bernardum. ut sit veritas in cognitio-ne, et charitas in intentione. Primum excludit ignoran-tiæ cæcitatem: secundum excludit fraudis dolositatem: ut per ea quæ agit nulli nocumentum inferre intendat, per secun-dum: et per primum non ignoret, quomodo actionem suam modificet, ne alteri noceat. Huius oculi purificatio tam necessaria est in utroque, ut si ambo aut alterum istorum

deficiunt, tota actio infecta erit, ore veritatis attestan-te. Lucerna, inquit, corporis tui oculus est: si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. si autem oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuum tenebro-sum erit Math: 6. Per oculum intelligens cordis intentionē. hoc vero cordis intentio à nullo, nisi à solo Deo argui potest: ipse enim solus novit corda filiorum hominum. Sed tamen quibusdam indiciis præsumptio oritur de non recta intenti-one: scilicet aut propria cupiditate aut damno proximi in contractibus reemptionis ad vitam, qui se simulant ~~facta~~ sunt emptiones, sed re verâ impignorationes, aut mutuationes usurariæ aut turpe lucrum. 1mo si fructus non computare-tur, quod pertinet ad impignorationes, ubi non transfer-tur dominium. 2do: si emptor usuras consuevit accipere. 3tio si emptor venditori mutuum petenti dicat: non mutuabo tibi, sed emam a te censum. debet autem omnis talem censū simpliciter absque fictione et fraude ut verum contractū emptionis facto intendere, aut saltem iniuriam proximi non appetere. Ideo enim tales contractus admissi et per-missi sunt, ut indigentiis proximorum subveniatur: qui consulendo suis defectibus eligunt potius talem con-tractum, quam perpetuo rem alienare, aut usurariis se com-

„mittere usuras solvendo: ex quo permutantem ipsis pec„
„cuniam habere non valent. Neque ideo vitiosus dicendus
est talis contractus, quia omnes talem censum lucrum
sibi inde provenire sperat: quia sic nulla emptio etiam per„
„petua esset licita; cum tam ementes quam vendentes suam
utilitatem exinde conspiciunt: quia alias neque venderent
neque emerent. Et hoc naturale est, ut omnis humana actio
fiat propter bonum, licet aliquando tantum propter propriu
precipuè. Sufficit enim ad vitandum vitiositatem, quod non
fiat cum iniuria proximi scienter, licet propriu commo„
„dum inde aquiratur. Non enim dicit Salvator: Ementes,
et vendentes, nihil inde sperantes; sed mutuantes; quale
non est in presenti. possum enim licite rem mihi non ne„
„cessariam apud proximum consideratam appetere sine
sui iniuria, et ad meam proprietatem deducere ~~sine sui
iniuria~~ mediante consensu suo, et exinde meam condi„
„tionem facere meliorem. Sic Abraham Patriarcha legi„
„tur fecisse in emptione speluncæ duplicis ab Ephron in pos„
„sessionem Sepulchri gen: 23. Et Jeremias agrum emit
jubente Domino Jeremiæ 32. Nam quod Dominus precepit:
Non concupisces rem proximi tui: intelligitur iniuriose.
Possum enim licitè locupletari de bonis ab alio comparatis

sed sine jactura alterius. Ponit tamen Dns Franciscus de Sabo-
rellis aliud indicium fraudis, scilicet quando emptor non in-
trat in actualem possessionem rei, in qua constitutus est
census: sed venditor manet in ea quasi conductor. Ibi enim
ex utraque parte potest fraus evenire, sic quod unus nimis
gravatur et alter nimis alleviatur, aut quasi pro pignore
teneatur.

Capitulum IIII.

Declaratio Principalis per IX Propositiones.

Et ut clarius liquere possit, quando licitus aut illicitus
talis contractus possit probari aut videri: respondebo per
certas propositiones. Primo omnis emptio ut carere
possit viciositate exigit rem nominatam et existentem
in rerum natura, quo alio nomine merx dici potest.
Nam hoc est de essentia emptionis et venditionis, quia
alias ficta esset et imaginaria sive phantastica. oportet
enim aliquid transferribile esse a vendente ad ementem
ex definitione praedicta. Nam venditio est alicuius rei ven-
ditio sicut et emptio. Ex illo sequitur quod simplex ~~metaphis-~~
~~forte~~ mechanicus, ~~cus~~ laboribus manuum suarum vivens, et non habens
possessionem immobilem non potest vendere censum annu-
num, et si videtur facere, obligatio personalis est, et purum

mutuum, quia deficit merx et census non constituitur in re: unde nec ius aliquod de novo oritur ementi.

Secunda Propositio. ad talem contractum ut validus sit, requiritur liber consensus utriusque: nam alias esset coactus et quasi violentus. Ideo alter alterum posset trahere in causam, et actionem contra eum movere, nec unus acquireret sibi ius contra alium, sed actio esset personalis: et quidquid perciperetur ab emente, deberet computari in sorte tanquam mutuum: nec quolibet coactio invalidat contractum, sed sola alterius partis: Nam vendens rem suam cogens vendere propter suam indigentiam, quod non meretur dici sufficiens coactio in praesenti. Honestius tamen est quod venditor primo intentat emptorem: quia sic minus suspectus redditur emptor: contra quem est maior suspitio quam contra venditorem. Nam venditor omni caret suspicione, quia cogitur necessitate sua ad vendendum, non sic emptor qui semper reputatur maius commodum reportare: nec cogitur ad emendum.

Tertia propositio. Necesse est ad purificationem talis contractus intervenire pretium iustum. Nam nemo alterum in contractibus debet defraudare: illa autem fraus tollitur per iustum pretium. Nam ideo dicitur iustum, quia mediat inter

ambos æqua lance, ut emens dat illud quantum vendenti videtur: et merx è contra à venditore in emptorem sine utriusqs ~~læsione~~ partis notabili læsione, et cum utriusqs partis optabili lucro. Sed prægnans vox est Justum pretiū, facile dicibile sed non facile intelligibile propter multorū Doctorum diversas sententias. Non enim iustum pretium accipitur secundum naturam rerum: nam aliquando equus maiori pretio ~~æstimatur~~ comparatur quam servus scilicet homo. Quia Augustinus dicit lib: de civitate Dei. Pretium rerum venalium non consideratur secundum gradum naturæ, sed consideratur secundum quod in usu hominum convenit. Ideo dicit Philos: quod indigentia hu„mana est mensura commutabilium. Ista autem indigen„tia non est æstimanda solum secundum necessitatem, sed etiam secundum desiderium hominum. Sic divites quando„qs valde desiderant quodlibet, cum tamen non necessario indigent, sed solum æstimant pretiosa ad desideria eorum complenda. Et sic Justum pretium multum consistit in æstimatione hominum: Et modica additio vel diminutio non videtur tollere æqualitatem: et hoc dico tam in foro contentioso, quam in foro conscientiæ, quando ignora„tur et fit sine dolo, sublato animo decipiendi. alias

scienter minus dare aut magis recipere, quam res na-
"turaliter æstimatur coram Deo non videtur excusare".
Potest etiam justum pretium æstimari non secundum quod
plus est ad utilitatem hominum, vel in eorum desiderio,
sed secundum hoc quod cedit in detrimentum aut damnū
vendentis secundum S. Thomam, qui ponit exemplum. ut
cum quis multum indiget re aliqua, et alius læditur, si
caret. in tali casu iustum pretium erit, ut non solum
respiciatur ad rem quæ venditur, sed ad damnum, quod
venditor incurrit per venditionem: quia sic licite potest
aliquid vendi plusquam valet secundum se, et plus quam
valet in æstimatione, quamvis non plus quam valet haben-
"ti. Et maxime hoc verum quando ille alias non esset rem
venditurus, sed emptor facit sibi venalem. Si vero alius
multum juvetur ex re alterius, quam emit, et venditor non
multum damnificatur ea carendo, non debet eam super
vendere, quia utilitas quæ accrescit emptori non ex ven-
"dente nec cum damno vendentis sed ex conditione et indu-
"stria ementis est. Potest etiam iustum pretium in diver-
"sis regionibus diversimode variare, cum in diversis par-
"tibus diversæ sunt commutationes rerumque æstimationes
secundum varias considerationes et hominum conditiones.

De Contractibus.

Regulare enim est contractibus emptionis et venditio,
„nis, quod in eis necesse sit servari aequitatem iuris natu,
„ralis, ut pretium ementis et res vendibilis sit commu,
„ni aestimatione hominum prudentum pares: quod si se,
„cus sit iam corrumpitur illa aequitas, et contractus ille
vitiatur. Non tamen dico, quod qualiscunque parvus ex,
cessus unius super alterum corrumpat hanc aequitatem
sed illa aequitas consistit in quadam latitudine graduum
quod gradus ius canonicum determinat ultra dimi,
„dietatem iusti pretij. hoc verum quo ad forum contentio,
sum: aliter quo ad forum conscientiae, saltem scienter.
Potest tamen illa aequitas corrumpi aliquando ex parte
ementis, ut quando pretium notabiliter minus est quam
res empta: tunc tenetur aut addere pretium aut rescin,
„dere contractum, aut in foro conscientiae simpliciter, aut
in foro iudicis quando est infra dimidietatem iusti pretij.
ut si iustum pretium esset 10, et emens solum daret 4.
Sed ex parte vendentis corrumpitur illa aequitas quando
res vendita pro tam magno pretio venditur quod tam
notabiliter pretium excedit valorem rei emptae.
Et tunc tenetur vendens ad restituendum illud quod
accepit ultra iustum pretium aut resolvere contractum

et iterum ut prius distingendo secundum quod duplex forum
ut dictum est. Cum autem pretium et res vendita sic ad equi-
-talem accedunt ut non faciliter videatur notabilis excessus
rei vendite super pretium, nec e converso, ita ut non clarè
appareat enormiter aliquem lædi, tunc non videtur mihi vi-
-tiosus contractus cessante dolo atque fraude. Et si contra-
-hentes securi esse volunt, et absque scrupulo, eligant arbitri-
-um bonorum, quorum sententia scitur sine preiudicii alte-
-rum cuiuscunque: si saltem in illis partibus nondum est
proscripta consuetudo rationabilis sic vendendi Quarta
Quarta propositio contractus emptionis et venditionis li-
-cite possunt fieri absolute perpetue vel ad tempus sub
conditione atque certo modo. Nam quilibet in re sua mode-
-rator est atque arbiter laborem rerum suarum habet dis-
-ponere; nisi fieret contra iuris dispositionem. Et com-
-plectitur ista propositio emptionem perpetuam aut ad tem-
-pus puram aut sub conditione, et sub pacto etiam reemendi
et revendendi ad vitam ementis: ut patebit. de quibus in
canonibus et legibus copiosa exempla reperiuntur: dum-
-modo servantur ea que dicta sunt atque dicenda. In pre-
-senti vero intentio versatur de emptione sub conditione
revendendi; aut ad vitam. Quod vero hæc licita sit, patet

per cap: Significante de pignoribus. Per Jo: And: super gloss: z. ubi dicit vendi potest fundus pro certa peccunia ad certum tempus: scilicet quod ad viginti annos recupera=ri possit. Item fundatur super hoc pactum legis commi=ssorio de quo in dicto capitulo Significante. quod licet locum non habet in pignoribus, habet tamen locum in emptionibus. ut fundum vendam seu praedium ea con=ditione, ut si reddam eandem peccuniam infra tale tem=pus rehabebo praedium: si vero infra hoc tempus non reddam fundus sit inemptus. Item non refert an à principio contrahentes paciscantur de contractus ex=solutione, an vero ex post facto. Sed nulli dubium quin fundus aut simpliciter empti fuissent aut aliquamdiu soluti solum contrahentes pervenire possent et contractu emptionis resolvere. igitur a principio poterant hoc in ~~Quinta propositio~~ pactum deducere ex comuni consensu.

Quinta propositio. Census sive ille sit in summa peccuniae, sive in feudo sive in aliqua alia revendibili; constitutus in possessione sive haereditate aliqua, quae tamen de censu seu redditu sic nominatur, licite videtur posse emi atque vendi sub conditione reemptionis aut revenditionis, iusto pretio interveniente. Patet hoc propositio per Clement:

et Redemptionibus

Monasteriorum: de rebus Ecclesiae alienandis vel non.
Iterum aquiri potest et praescribi solo temporis cursu
scilicet cuius contrarii hominum memoria non existit.
de cens: Pervenit. in glossa. fortius igitur ex legitima
causa emptionis et venditionis. Et sicut prius allegatum
est Levitici 25. ubi Deus mandavit Judeis ne terram
perpetuo venderent, sed sub pacto reemendi. Item
omnia substantialia emptionis et venditionis tali
contractu conveniunt, ut patuit et patebit. Et tales
omnes fructus facit suos ante resolutionem contractus,
etiam si ultra sortem multa percepisset. Et dicitur
notanter, constitutus in possessione: quia si solus
census non relatus ad possessionem aliquam emere-
tur illicitus esset contractus et imaginarius, et defi-
ceret ibi merx. Sed faciunt ibi difficultatem doctores,
quod talis emit, si censum peccunialem annualem e-
mit. ~~Et talis peccunia~~ Respondent communiter, quod
ius percipiendi talem peccuniam emit: Et talis peccu-
nia consequitur ipsum ius. omne autem quod consequi-
tur ius computatur in sortem. Et licet obligatio reven-
dendi consequitur, aut commitatur emptionem,
quod in pura et simplici emptione non fit: tamen

quia illud non est pura emptio et absoluta, sed sub conditione atque pacto, non obstat.

Sexta propositio. Emptor talis census super hoc possessione tenetur in se recipere periculum illius possessionis, quae perire potest incendio, sterilitate, alluvione aut latrocinio aut alio modo. Nam res transit cum suo onere, et in venditione transfertur dominium a vendente ad ementem. Igitur de iure venditionis est quod emptor suscipit in se periculum: maxime si emptor actualiter in se transfert possessionem, seu intrat ad eam. Etiam si venditor remanet in possessione tanquam conductor adhuc non minus imo magis resultat periculum in emptorem. Quis enim non considerat quanta iniquitas esset contra venditorem, si labores expensas et operas suas impenderet in possessione pereunte et possessione periclitata adhuc cogeretur emptori censum solvere? Neque hoc emptor posset deducere in pactum, cum sit contra iustitiam et contra charitatem, licet forte venditor posset sponte hoc onus in se recipere, etiam gratis posset donare talem pensionem, licet emptor iuste ratione emptionis non posset recipere, cum

iam non esset in rerum natura quod emisset: donec iterum in eadem possessione tot census reviviscerent. absit istius modi contractus ab homine christiano qui salvari desiderat.

Septima propositio. Contractus reemptionis solum tum videtur esse tollerabilis quando obligatio reemptionis stat in arbitrio venditoris non emptoris. Patet hoc propositio. Nam si emptor posset cogere venditorem sequeretur gravamen vendentis, cum cogeretur reemere cum non posset sorte iam exposita. Et emptor non potest quorulari de gravamine, cum emolumentum semper consequitur levando censum annuatim, et sponte se submisit, ut vellet recipere sortem principalem non ad suam sed ad voluntatem vendentis liberam, dans facultatem venditori ad rescindendum contractum accepta sorte integra prius venditori data: et de hoc solo gaudet venditor, quia ostium reemendi semper est sibi apertum, et sic quilibet eorum etsi habet molestiam, habet tamem consolationem quo simul recompensantur, et ipsi sponte subiecerunt se istis gravaminibus occasione utilitatis proprio vel alieno.

Octava propositio. Contractus reemptionis tunc solum censetur licitus ut pro eodem pretio, pro quo emptus est, revendatur non pro maiori nec pro minori. Nam si pro maiori cogeretur venditor primo reemere suspectum se redderet prius emptor quia plus recipere vellet sorte principali, etiam ultra censum annuatim levatum, et sic gravaret reemptorem. Nec etiam pro minori, quia tunc videtur esse usurarius contractus. Nam implicatur, quod census perceptus debet computari ad sortem sicut est in pignoribus. Jllo vos de pignorib: et de empt: et vend: ad nostram. Primus modus est contra emptorem: secundus contra venditorem.

Nona conclusio. Per emptorem adempta libertate venditori, quo minus ad libitum suum, quocunque velit tempore, possit reemere censum, talis contractus censetur illicitus. ut si dicat emptor ante decem completos annos non do tibi laborem facultatem reemendi, nec ego tibi revendam censum. Nam ibi venditor gravaretur: ut omnis suspectus esset de iniquitate per nota in cap: ad nostram de empti: et vend: Jgitur requiritur quod absque omni temporis limitatione gaudere debet venditor, quod posset reintrare suam possessionem

A Redemptionibus

Et hoc est de divina lege in levitico in deuteronomio in pluribus locis. Ecce ho novem propositiones prorunc inde occurrunt considerando per quemlibet emere et vendere volentem titulo reemptionis et revenditionis quorum ut puto qualibet necessaria est ad rectificandum et purificandum talem contractum: et nescio si aliqua earum omitti sine peccato potest. Quo si non neglecto fuerunt in talibus contractibus, et si alio forte occurrerent, arbitror humano iudicio passim tales contractus non posse iuridice impugnari, salvo divino iudicio de interioribus speculanti: de spe plus recipiendi, et animo nocendi, seu mutui spontanee donandi, et ceteris talibus. Securior tamen via est secundum Archidiaconum volens ~~t~~emere censum talem sub ista forma, quod per se apprehendat corporalem possessionem, in qua tales census ~~eo~~ sunt constituti, et sub propriis laboribus cura atque expensis et periculis quibuscumque ulatur ea possessione in lucro et damno, ille facit fructus suos usque ad resolutionem ~~damni~~ contractus per venditionem pro eodem pretio: etiam si addatur hoc pactum sive conditio, quod venditor infra decennium possit hanc possessionem reemere, nisi fieret in fraude usurarum.

Si vero emptor noluerit intrare possessionem scilicet in qua census sunt instituti, sed venditor in ea manet tanquam conductor solvens emptori certum censum: hic emptor certior est in bursa de solutione peccuniæ, sed si securior in conscientia ignoro. Primus vero qui intravit possessionem corporalem sub suis labori„bus et periculis securior est in conscientia sed non in bursa. Quod ut clarius pateat, ponamus duos ho„mines. a: abundantem in pecuniis. b: indigentem: venit b ad a exponens ei suam afflictionem propter peccuniæ defectum. Petat b ab a mutuum: a compa„titur b verbo, sed mutuum denegat: dicens se pec„cunia sua carere non posse: verius diceret, si visce„ribus charitatis se carere affirmaret, immemor il„lius doctrinæ Joannis Baptistæ. Qui habet duas tuni„cas det non habenti. sic de pecunia iuxta illud alte„rius Joannis. Qui habuerit substantiam huius mundi, et videt fratrem suum necessitatem habere, et clause„rit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? 1 Joan: 3. reportat b responsum negativum ab a, quia a timet pecuniam mutuare ipsi b gratis: cum veritas dicat: mutuum dantes nihil inde sperantes Lucæ. 6.

A Redemptionibus

b alias vias aggreditur ut a à proposito mutetur suo, et promittit pignus ipsi a res steriles et non fructiferas quarum usus est ipsarum consumptio ut panes, vinum, oleum et caetera ipsorum. Ideo eum denegat a, quia non videt aliquem fructum. Item promittit b pignus, res fru„ctiferas, scilicet agros domus praedia. A diligit quidem fructum, sed cogitat de usurariorum poenis si fructus non computat in sortem, quod est de iure pignorum deductis expensis. Ideo iterum negat mutuum, quia res sibi non sunt fructifero, sed magis impignoranti. Cupit igitur pe„cuniam suam, quo in se est sterilis, facere fructiferam, invenit modum dicens ipsi b. Ecce emam a te censum centum aut decem florenorum in tuo allodio dans tibi facultatem reemendi quandocunque volueris pro eodem pretio: aut si forte a pro pudore non audet ipsi b venalem facere domum aut praedium ne notetur: intelligens tamen b hoc esse suum intentum, exponit venditioni suum agru aut villam ipsi a pro certa summa peccuniae. audiens hoc a laetiori vultu respicit ipsum b, sed adhuc cuncta„tur horrens sudores sollicitudines, et curas ipsius prae„dii aut agri subire, dicit ipsi b. Nolo intrare possessio„nem sed tibi eam remitto imo loco ut tantum censum

annuè mihi præsentes. videns b aliam sibi viam non su-
„peresse, oporteretque se habere pecuniam annuit tali
Contractui: sicque contractus talis notificatur. Hoc
proposito exemplo prudens quilibet iudicet, cuius condi-
tio sit melior ementis vel vendentis, quamquam de for-
„ma verborum humano iudicio non poterit impugnari.
Emens in strato suo dormiendo dictat, fertque pecunia fru-
„ctum suam lavando manus suas et epulando, defertur
sibi pecunia census ad domum omni tempore interim
quod b non resolvit contractum, etiam si in triplo sorte
levavit. b vero vendens noctes ducit insomnes, gelu
et æstu uritur, anxietate sollicitudine, sudoribus quo-
„tidianis affligitur, ut ipsi a respondeat de censu inte-
„gro. Etiamsi domus aut ager pro medietate periclitatur
aut perit. Exigit a continue suum censum integre
si fructus eiusdem nullus fuerit sed vix inde tantum
aquiri potest ut agri colantur, aut expensæ requisi-
„te inde habeantur. Iudicet quicunque velit quis in-
„ter hos duos conditionem habeat meliorem, cum optimo
ut modernis temporibus tales contractus sæpe fieri
videmus, et experimur ita continuari sine ulla re-
„clamatione. Nec latet quidemptores et eorum defen-

„sores respondeant, et si triplam sortem ceperint, dicunt venditor se oneri sponte submisit, ideo non habet con-„queri de iniuria, cum nullus patitur iniuria volens. ad hoc posset forte quis respondere. Et solvens usurario usuram hoc facit volens, quia se submisit sponte, et ta„men non ideo excusatur accipiens usuram. sed ad hoc respondet emens. in usura est mutuum aut pignus: hic realis emptio; ideo non idem sequitur. fateor non com„petere actionem iniuriarum vendenti, quia in forma non est usura: sed videat emens, quod illa excusatio eu apud Deum possit relevare, quia aliud est iudicium humanum aliud divinum. Estimo tamen quod abun„dans visceribus pietatis responderet videns angusti„as venditoris, proscribente illa sententia Dei. Si unus de fratribus tuis qui ~~in ciu~~ morantur intra portas ci„vitatis tuo ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum, ~~et~~ nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, et dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris. Et subiungitur magis ad propositum minas incutiendo. cave ne forte subrepat impia cogitatio, et dicas in corde tuo. appropinquat septimus annus remissionis, id est Jubilaeus, et avertas oculos a fratre tuo paupere nolens

ei quod postulat mutuum commodare: ne clamet con-
-tra te ad Dominum, et fiat tibi in peccatum: sed dabis
ei, nec ages quidpiam callidè in eius necessitatibus
sublevandis. Deuter: 15. Quæ Dei admonitio utinam
semper inhæreat cordibus hominum. Modo dicat emptor
de quo suprà venditori: Nihil tibi obnoxius sum, quia
sic convenisti mecum pro tanto et toto censu. Et quod
Deus loquitur de mutuo præstando, hoc huic loquitur
de censu remittendo. Nec forte consilium censendum
est, sed præceptum in tali casu, propter pœnam commi-
-natam, quæ in consiliis locum non habet. Et hoc
respicit emptores tam ad revendendum, quam ad vi-
-tam. Sed emens ad vitam censum videt sibi adhuc
unum latibulum vacare, quo se contegi sperat:
videlicet dubium à iure permissum allegans duo
capitula de usura. In civitate: et Naviganti. ubi de
hoc fateor, quod dubium probabile de duratione vitæ
ementis excusat, ubi non est maior præsumptio ad
unam partem quam ad aliam. Sed in glossa super
verbo: in dubium: dicitur. In tali dubio potius esset
abstinendum, quia quandoque dicunt se aliqui du-
-bitare, ubi non est dubitandum, et e converso.

Et tutior via est eligenda: Et cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeunt occultari. Absolute tamen posset amator veritatis pronuntiare, maiora viscera pietatis relucere in illo emptore, qui relaxaret censum in toto vel in parte ipsi vendenti in tali even„tu, quam in isto qui exigeret. et primus ageret securius, licet secundus conari coram iudicio non posset a ven„ditore: imo forte venditor compelleretur per sententi„am iudicis solvere censum, sicut et promittens sol„vere usuram usurario compellitur per iudicem satis„facere sponsioni si iuravit, licet postea posset repetere prius soluta: si vero promisisset non repetere usuram. Audiat et hic emens Censum ad vitam cap: consuluit: de usuris. ubi dicitur de vendente carius propter prorogatio„nem solutionis, quod dicitur in fine. huiusmodi ho„mines pro intentione lucri, quam habent /: cum omnis usura et superabundantia prohibeatur in lege :/ judiandi sunt male agere et ad ea quae taliter sunt accepta resti„tuenda in animarum iudicio efficaciter inducendi. et dicit glossa b super verbo male agere, nec tanquam usurarii sunt puniendi, sed quo ad Deum usurarii viden„tur. Et sic hic manifeste habes, quod hic intentio facit

hominem usurarium: Et ibi agitur de vendente merces
hic de emente censum ad vitam. Sed quo ad intentionē
lucri ibi et hic omnino sunt pares in culpa cum defi=
„cit iustum pretium, et est intentio corrupta in utris=
„que. Opinabile mihi est hoc venisse in considerationē
virorum conspicuorum utriusque iuris expertorum,
videlicet Henrici de gandavo et Henrici de Hassia:
qui sicut et alii plures referuntur talibus contracti=
„bus non favisse: imo illicitos pronuntiasse: ipsi
viderint si bene vel male. ego non iudico quemquam.
scio eos me fuisse doctiores; scio quod et sanctiores.
forte quia consideraverunt multas fraudes talibus
intermixtas, et turpia lucra homines scrutatos
fuisse: Neque hominem debere gratis panem manduca=
„re, sed in sudore vultus sui vesci pane suo oportere,
neque otio et deliciis resolvere debere: sicut tales face=
„re videntur: arbitrantes tales a charitate proximi
esse alienos. Tamen quia iura canonica manifeste
his non contradicunt ideo tolerantur etiam usque infra
dimidium iusti pretii actionem non competere ipsi de=
„cepto contra recipientem decernentes. Etiam fortasse
Doctores improbantes tales contractus consideraverut

quod raro servantur ea quæ concurrere deberent ad validandum illos contractus: quæ licet iura Canonica formaliter non exprimunt, tamen minime credendum est, quod foverent iniquitatem, aut aliqua admitterent contra charitatem, cum pro charitate conservanda sunt instituta. Non valent autem omnibus conatibus malignis hominum in specie obviare, cum tales infinitis modis possunt confingi.

Capitulum IV.

De Emptione Censuum ad Vitam.

Ex præmissis liquere potest, quomodo contractus emptionis ad vitam debet modificari. Nam prædictæ propositiones sicut militant contractibus ad reemptionem sic militare sunt credendæ contractibus ad vitam. hoc attento quod inter ementem et vendentem debet servari illa æquitas iuris naturalis, ut ponderata ementis ætate, sanitate, infirmitate et periculis quæ possunt vitam abbreviare aut prolongare ex opposita parte. secundum hoc pretium iustum pensari et moderari debet, quod datur ab emente super certa possessione vendentis ut prius patuit: ita ut notabiliter non poterit discerni quis inter eos habeat meliorem conditionem et quasi

De Contractibus

ponatur in eventum et dubium quis de sorte princi-
-pali lucrum reportet. Et sic sit, ut aestimo, si emens ali-
-quo tempore supervivat quo recipiat ultra sortem,
non compellatur restituere: sic si emens moriatur
antequam sortem recipiat, vendens non tenetur de
sorte percepta restitutionem facere. Solet tamen à
multis Doctoribus iste contractus non approbari:
quia alter potest mortem alterius affectare aut è con-
verso ultra sortem datam appetere, ille, scilicet vendens
quo ad primum, iste, scilicet emens, quoad secundum.
Tamen huic subvenitur per pretii taxati iustam mo-
-derationem secundum aetatem, aut infirmitatem.
Cum etiam omnis tenetur in se recipere periculum rei,
sive possessionis, super qua census est institutus.
Non enim aequum est ut octogenarius et triginta an-
-norum homines caeteris paribus eundem censum pro
eodem pretio emere possunt, cum secundus creditur
supervicturus ad quinquaginta adhuc annos in quibus tri-
-plum sortis possit recipere: et primus solum vix
decem annos victurus nec medietatem sortis prin-
-cipalis posset levare: esset eadem quantitas pretii
sicut dixi moderanda secundum cuiuslibet aetatem,

seu infirmitatem ad arbitrium bonorum virorum neutri parti suspectorum. Si vero diceretur: forte iuve-„nis praevenire posset senem in moriendo: ad hoc re-„spondetur. Casus insoliti et fortuiti non solent actum hominis modificare, sed ea quae ut in pluribus eveniant. Et notum est, quod licet iuvenis possit cito mori: senes tamen impossibile est diu vivere. et magis usitatum est iuvenis diutius vivere quam senex. et hoc ab hominibus debet considerari: ex quo aliam rectificationem actuum humanarum quoad praesens non posset haberi. alias si aequale pretium debet esse utriusqs, non aliud asserere possumus, quam quod iuvenis nimis parum daret pro sorte et defraudaret venditorem: etiam forte ultra dimi-„dium iusti pretii contra iura, et teneretur ad supletionē pretii, aut ad restitutionem perceptorum. Et ex parte senis venditor defraudaret senem in plus accipiendo, quo ad pretium excedendo illam aequitatem iuris natura-„lis. Et per consequens obligaretur restituere percepta, super iustum pretium. Hoc est sententia Richardi de me-„dia villa in suo quodlibeto, et aliorum Doctorum scilicet Wilhelmi. et fulcitur hoc forma ut videtur Divina authoritate et praecepto Dei Levitici 25. ubi Deus

praecepit filiis Israel dicens. Quando vendes quippiam civi tuo vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum, sed iuxta numerum annorum Jubilei emes ab eo, et iuxta supputationem frugum vendet tibi. Quanto plus anni remanserint post iubileum, tanto crescet et pretium, et quanto minus temporis numeraveris, tanto minoris et emptio constabit; tempus enim frugum vendet tibi. Ecce quod in nostra materia emptionis ad vitam, vocant doctores annos usque ad mortem, hoc Deus vocat annum iubileum. In quibus ambobus secundum variationem longitudinis et brevitatis debet aut crescere aut minui pretium, ut aequitas illa non corrumpatur: licet ibi annus iubileus processerit et sequitur, hic dies solum mortis sequetur. tamen illa consideratio hic habere videtur locum, secundum quod fructus maiores vel minores percipi possunt. Aliquis huic velit contradicere non mihi contradicit, sed videat quomodo Deo respondenat de lege sua et dictis doctoribus, quorum sententiam ego solum narro non meam affirmo. et videat quod talis contradicens ne communicet peccatis alienis fovens tales contractus ad vitam aliter quam dictum est celebratos quoad corruptionem huius aequitatis de

æquali pretio inter inæquales personas quoad ætatem, aut infirmitatem. Quis enim data optione inter vendentes aliquem censum pro æquali pretio non multo avidius venderet seni quam iuveni? quid autem maret venditorem ad vendendum seni potius quam iuvenini, nisi quia citius se liberaret per mortem senis quam per mortem iuvenis? Ideo manifesta apparet inæqualitas, et contristaretur senex de magno pretio dato cito moriturus, et lætatur iuvenis de eodem pretio sibi parvo visu diu victurus. Ecce iterum inæqualitatis indiciũ. Et licet verbis forte aliter dicerent: sed Deus intuetur cor. Non enim quid dicitur ~~aut~~ sed quid agatur inspiciendum. Et si quis obiiceret, quomodo una res in eodem loco et tempore in æquali pretio vendi posset. ad hoc non est difficile respondere: cum res non venditur secundũ dignitatem naturalem, sed secundum hominum æstimationem, quæ imponit rebus pretium. hic igitur licet eadem res sit, scilicet idem census utrisque venditus tamen quia aliter uni quam alteri in usum venit: seni recisiori et breviori tempore, iuveni productiori. non ~~enim~~ ergo mirum quod et pretium varietur. Nam et hoc in Divina lege præceptum fuisse supra est allegatũ.

Ideo et census perpetuus carius venditur, quam reemp-
-tionis cum posset census eiusdem quantitatis esse.
Contractus ad reemptionis non sunt illiciti: licet multi
possunt abusus in eis inveniri, et forte pauci sciunt eis
bene uti. 1mo si iustum pretium in eis non servatur
secundum consuetudinem patriæ, et arbitrium virorum
bonorum. 2do appetitus plus sumendi quo ad ementem.
3tio otium et voluptas sine labore vivendi: contra illud.
In labore vultûs tui vesceris pane tuo. 4to avaritia
nimis thesaurizandi. 5to spes in his posita et eo mino-
-rem spem in Deo habendi de eius providentia: sicut
ille dives Lucæ 12. qui horrea plena congregavit.
Ideo videntur tales contractus non passim admittendi,
nec multum laudandi: nisi pro sustentatione infirmo-
-rum, qui laborare non possunt, aut Divini cultus con-
-tinuatione, aut communis boni conservatione, aut
pro pauperum, viduarum, pupillorum et similium sub-
-levatione: ubi abusus præfati locum habere non viden-
-tur. Emptiones etiam ad vitam censuum eisdem
de causis possunt vitiari adiecta spe et desiderio mortis
ipsius ementis, quod probari solet in morte ementium,
quia rarum est quod vendentes non gaudeat percipientes

mortem ementium. Solent etiam in formis contractuum variæ conditiones inferi, quæ sunt vitiosæ: Ideo consulen=
=dum esset talibus contrahentibus, ut prius formæ cum litteris per expertos viros examinentur. Et licet dictum sit, quod tales census si sint qualificati et modificati conditio=
=nibus probatis, non posse iure reprehendi: Consultius tamen agerent hi, quorum vita et conversatio excellentior debet esse, et eorum vita aliis in exemplum debet proferri, ut prælatorum ac religiosorum, quod quantum possent ab his censibus emendis, scilicet ad reemptionem, et ad vitam abstinerent, nisi gravi necessitate eos compellen=
=te: cum alii multi ut timendum est his contractibus abutantur: quos in hoc imitari dedecus debet religiosus aut prælatus reputare. Ab omni enim specie mala præ=
cipit apostolus abstinere: ut scilicet victum quærerent labore manuum suarum, aut propriorum agrorum cultu=
=ra, aut ab animalium nutrimentis. Hoc enim secun=
=dum Philosophum sunt divitiæ naturales et irreprehē=
=sibiles. Oportet autem prælatos et religiosos honeste am=
=bulare ad eos qui foris sunt, ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens dicere de eis. Neque enim legimus famosæ sanctitatis viros et celebres in opinione talibus

censibus inhæsisse, ut recensens Collationes, et vitas Pa-
trum clare potest videre. Et sancti Patriarchæ et Pro-
phetæ leguntur de honestis usibus rerum alimenta
aquisisse, et de ovibus agris et aliis animalibus, et
piscationibus sanctorum Apostolorum. Neque diffi-
tendum talibus esset de sufficienti procuratione victu-
alium Divina sponsione eos assecurante. Primum quæri-
te regnum Dei et iustitiam eius et hæc omnia adiicientur
vobis. Si enim amore Dei servi Dei abstinerent quandoque
ab illicitis, Deus qui dives est in misericordia omnem
defectum suppleret. Sed minus de Deo confidentes ex-
traordinarios usus vivendi quærunt. Ideo iusto iudicio
quod ad locupletiorem usum deputatur, hoc eis nescien-
tibus dispensatur ad defectum. sicut scriptum est:
Qui plus collegit non abundavit, et qui minus non mino-
ravit.

Conclusio Finalis.

Hæc ego Ingenij inops cum adminiculo aliorum scripto-
rum, quo occurri poterant per mediam viam incedere
volens ad subveniendum his infirmioribus, qui talibus
censibus inclinati sunt, ut mihi visum est secutus
aliterque et melius sentientibus non præscripsi, non

& Redemptionibus.

veritus scripta mea, et presentia et absentia sub ferula
corrigentis charitativè submittere, ut à paleis purgata
et ventillata puritatis venustioris induant candorem.
neqz ad molestum seu iniuriosum reputo: dummodo ex
charitatis fonte procedat. Cum quilibet amator veri-
-tatis de hoc gaudere debeat, dum veritatis sponsa splen-
-didius enitescat. alioquin se plus quam veritatem
convincitur amari velle: et sic ex hoc in via morum
errare non dubitatur, quod ab omnibus avertere dig-
-netur ille qui est via, veritas et vita Jesus Christus
Deus per saecula benedictus.
Amen.

1763. 10 Januarij.

De Indulgentijs Anni Iubilei.

NUnc de anno iubileo seu plenariæ remissionis, de quo oportunè hoc tempore quæritur, libeat aliquid speculari. Habuit iste annus exordium in veteri lege ex ore Dei per Moysen præcipientis levitici 25. qui et dicitur annus propitiationis: In quo multa beneficia homines consecuti sunt in relevationibus debitorum à servitutibus, in ingressibus ad alienatas seu obligatas possessiones, ut patet ubi supra. Et ille annus dicebatur quinquagesimus. Nec poterat anticipari nec differri ultra per hominem. Ad cuius similitudinem in nova lege hominibus proh dolor crebrius peccantibus et pigrius poenitentibus spiritu S: ut creditur, inspirante Romani Pontifices in subsidium poenitentibus instituerunt

annum plenariæ remissionis visitantibus limina Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum: aut alia de causa pro conversione infidelium; aut extirpatione hæresum aut Schismatum; seu pro defensione fidei catholicæ contra paganos crucem assumentibus: Non inquam soli Romani Pontifices, sed fortius generalia concilia legitimè congregata univer„salem Ecclesiam repræsentantia. Annus Jubi„leus duplicem habet institutionem: scilicet fi„gurativam in veteri lege: Levitici 25. et authori„tativam: scilicet a Christo. Quodcunque ligaveris super terram: quoad Papam: sed quoad totam Eccle„siam et concilia generalia ipsam repræsentantia: Quodcunque alligaveritis super terram: Math: 16. et 18. Quibus duobus totus thesaurus spiritualis Ecclesiæ militantis est comissus ad distribuendum fidelibus in toto, vel in parte propter opera pie„tatis. Qui tamen annus remissionis per prædi„ctos potestatem habentes anticipari potest, vel differri secundum causas rationales per eos moderatas. Non obstante, quod absit, si hunc annum instituerunt pro exhaurienda fidelium

peccunia, aut proprius marsupius replendis: dumodo alias sit causa legitima, quæ principaliter praten„dатur: licet minus principales et accidentales intentiones instituentium possent variari: quæ principalem non interimunt, dummodo fideles ea recta intentione agant pro quibus annus est institu„tus. Et apellatur iste annus plenariæ remissionis: non ut quidam dicunt à pœna et à culpa; sed solum a pœna. Quia culpa non dimittitur vigore istius indul„gentiæ, sed præsupponit culpam iam dimissam vigore sacramentalis contritionis et confessionis prius factæ. Ideo hoc indulgentia datur vigore clavis iu„risdictionis, non vigore ordinis. Cum et electi in Pontifices nullum ordinem sacrum habentes possunt indulgentias conferre. Ideo si quæ bullæ emanarent sub appellatione pœnæ et culpæ merito essent suspectæ de falsitate. Clarent præmissa ex definitione in„dulgentiæ. Nam secundum Henricum de Gandavo in suo quodlibeto indulgentia definitur. Est remissio pœnæ temporalis pro peccatis actualibus debitæ non remissæ in absolutione sacramentali facta a Præla„to ecclesiæ rationabiliter et ex rationabili causa in

recompensationem de poena indebita iustorum. In qua descriptione causæ efficientes materialis, formalis et finalis tanguntur. Poena enim post poenæ culpæ remissionem relicta tripliciter relaxatur, secundum triplex forum: ut dicit Henricus de Gandavo. Primò magna pars dimittitur per contritionem in confessione virtute clavium operantium ex vi passionis Christi: et hoc appellatur forum Christi. Secundò remittitur ex poenitentia iniuncta à sacerdote: et hoc appellatur forum hominis. Tertio relaxatur per poenam in purgatorio: et hoc vocatur forum Dei. In 1mo foro multum dimittitur per parvam poenam. In secundo minus dimittitur per maiorem poenam. In tertio minimum dimittitur per maximam poenam: super qua poena scilicet purgatorij Prælati in Ecclesia non habent Authoritatem, quia hoc non est de foro ipsorum. et hoc intellige directè, sed benè consecutivè, quia dimissa omni poena debita per indulgentias, iam dimissa est poena omnis purgatorij: dicitur enim a Christo Math: 16. Quemcunque ligaveris super terram, scilicet ubi tu habes potestatem, erunt ~~et~~ ligata et in cœlis etiam dimissa ubi ego habeo potestatem. unde indulgentiæ non valent directè his qui sunt in

purgatorio, sed quod comuniter doctores dicunt nisi per vivos per modum suffragii: quia nullus ligare vel absol=vere potest nisi hos qui sunt de sua iurisdictione. Quod vero dicunt bullæ, plenariam remissionem omnium pec=catorum, ibi li peccatorum dicit tantum sicut omni=um pœnarum: sicut Lucæ 7. Dimittuntur ei peccata multa, id est, multæ pœnæ, quia iam in contritione erant ei peccata dimissa. Et Petrus dicit. Christus peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum: id est pœnas peccatorum 1 Petri 2. Ex præmissis sequi=tur, quod qui has indulgentias plenarias ritè conse=quitur, quod ab omni purgatorio liberatur cæteris paribus ut sequitur. Secundum ergo omnes famosos do=ctores sacræ Theologiæ tantum valent indulgentiæ, quan=tum sonant: dummodo adsit et in conferente Authoritas et in utente charitas, ex parte causæ pietas, et expletio operis iniuncta. Et per hanc etiam conditionem sal=vantur indulgentiæ generales in articulo mortis: ubi licet nullum opus pium utile Ecclesiæ sit adiunctum ipsi ægrotanti: tamen in fide Ecclesiæ, ut vi contritionis et clavium creduntur sibi tales indulgentiæ valituræ ex mera liberalitate concedentis: tamen cautissimum

esset tali, ut opus aliquod pium praecessisset, quod
dantem movisset ad tam largas indulgentias conceden-
das. sicut fuit in concilio Basiliensi pro reductione
graecorum. Inde infertur, quod quotiescunque datur ta-
lis plenaria indulgentia, in qualibet earum concessi-
one, et in omnibus coniunctis non plus, nec minus
datur, quam in una earum seorsim quo ad poenarum re-
laxationem. Quia qui dicit omnes nihil excipit.
Sed cur quidam plures tales sibi obtinent indulgen-
tias generales? Respondetur ad hoc: licet quo ad
poenarum relaxationem pro peccatis debitarum
non plus una operatur, quam alia, tamen quo ad
augmentationem fidei, contritionis, gratiae, et
gloriae nulla censetur superflua, sed augetur praemium
accidentale, imo et essentiale, quod in augmento
charitatis consistit. cum intentio utentis referatur
ad quamlibet clavem donantium tales indulgentias.
Sicut non sequitur: hoc opus charitatis meretur suffi-
cienter vitam aeternam, igitur alia opera charitatis
sunt superflua. Unde legitur in revelationibus S.
Catharinae de Senis, quod duorum Romanorum Ponti-
ficum meruit obtinere plenariam ~~indulgentiam~~

remissionem, quibus et usa fuit in mortis articulo.
Et idem confessor potest absolvere pluribus auctori-
-tatibus sibi concessis: imo et si contingeret me habere
decem tales litteras, ego nullas earum vellem omittere
et earum auctoritate ab omnibus absolvi referendo
intentionem ad quamlibet earum, quia nullam earum
iudicarem superfluam. unde licet forte per circulum
anni in urbe romana prædicantur perpetuæ indulgen-
-tiæ generales in certis locis, de quibus tamen certus
non sum, non tamen superfluum videri debet quod isto
futuro anno iubilei numerosior est concursus ad
urbem: quia labor in charitate factus est itineratio-
-num, et cætera pia opera tam in via quam in termino
non minimi meriti sunt censendi. Et est ibi authoritas
absolvendi ab omnibus peccatis etiam Papæ reservatis.
per quam absolutionem disponitur verè pœnitens ad
perceptionem harum indulgentiarum, ut mihi vide-
-tur. Et est multum gaudiosum, et omni hilaritate
amplectendum secundum multorum et magnæ authori-
-tatis viros, quod in qualibet tali absolutione, tam in
articulo mortis, quam etiam extra articulum mortis
ipse sacerdos absolvens absolvit ab omni pœna pro

omnibus peccatis debita non solum tunc sibi confessis et de quibus contritus fuit, licet non satis fecit. Et huius fundamentum sumitur tam ab authoritate concedentis indulgentias scilicet a conciliis seu Romano Pontifice, quam a tenore huius confessionis: quia dicitur comuni„ „ter in talibus litteris, quod ille confessor, quem qui„ „libet vestrum duxerit eligendum omnium peccatorum vestrorum, de quibus contriti et ore confessi fueritis ple„ „nam remissionem etiam concedere valeat. Non restrin„ „git hanc absolutionem ad peccata quæ eidem confessori so„ „lum fuerint confessa. hoc sensit magnus Theologus Joannes Gerson Cancellarius Parisiensis, et plures alij grandis authoritatis. Nec obstat, si quis diceret: Quo„ „modo confessor potest absolvere à peccatis, quæ sibi non confitebuntur, cum claves se solum extendant ad confe„ „ssa eidem? Respondetur: quod non absolvit à culpis præteritorum confessorum, quæ iam prius sunt dimi„ „ssa, sed solum à pœnis iniunctis, seu à iure vel ab ho„ „mine iniungendis, etiamsi non fuissent iniunctæ. Nam raro vel nunquam iniungitur sufficienter pœ„ nitentia a confessoribus propter fragilitatem huma„ „nam, aut ignorantiam. hic ergo supplentur virtute

+propter

Anni Jubilei

indulgentiarum à Sede Apostolica vel a sanctis conciliis.
Sequitur ergo ex hoc, quod non est reperibilis facilior via
ad satisfaciendum pro poenitentiis iniunctis quam via
indulgentiarum: ubi homo parvum opus facit, et pro eo
solvitur magnum debitum de thesauro militantis Ecclesiae:
qui nunquam est exhaustus propter meritum passionis
christi, et merita aliorum sanctorum innocentium,
qui supererogaverunt in operibus poenitentialibus,
quibus non indiguerunt. Ex illo etiam non irrationa-
biliter potest elici, quod illi qui hodie supra suam in-
digentiam opera poenitentialia superaddunt, quorum
tamen ut timendum est, paucus est numerus, similiter
augent Thesaurum Ecclesiae militantis pro aliorum in-
dulgentiis distribuendis, sicut primi sancti fecerunt.
Ex illo etiam sequitur, quod qui plura opera agunt, per
quae singula plenariam remissionem consequuntur:
scilicet ex consilio Basiliensi pro reductione graecorum.
Et similiter si idem hodie annum iubileum consequitur,
si utroque non indiget, ex quo utrobique est plenaria re-
missio, alterum illorum revertitur in thesaurum
Ecclesiae, unde est receptum salvis meritis essentialibus
ex fide, devotione, charitate, ut prius dictum est:

quae ipsis ex operibus cumulantur. Modo videndum est, de forma promerendi has generales indulgentias seu remissiones. Minimè enim credendum est, quod omnes ad urbem currentes effectum earum consequan„tur. Nam non nisi poenitentibus et confessis dantur. Putamusne omnes forte tales? dicit Joan: Andr: in glossa Cle. rel. et revelatione super verbo: confessis: Quis est hic et laudabimus eum? et postea pauci parti„cipant indulgentias. Et cur hoc? quia non omnes reperi„untur verè paenitentes vel verè contriti. Nam contri„tio, secundum sententiam doctorum fit quando affectus peccati secundum omnem sui partem in homine totali„ter destruitur. Et hoc fit quando voluntas perfecte à de„siderio peccandi resilit, cum detestatione praeteritorum et futurorum, cum proposito non recidivandi et confi„tendi ex dolore divinae offensae causata: quae bene sunt pen„sanda. Et timendum ne omnes pro indulgentiis currentes sint tales. Currunt enim usurarij, concubinarij, simoniaci, iniusti raptores, qui tamen nullo modo proponunt resti„tuere iniustè ablata, nec a fraudibus et ab aliis con„suetis cessare proponunt, quia si veraciter cessare vellent, ad pristina non tam facile resilirent, sed actiones

sibi demerent per quas ad priora sunt relapsi. Remittat igitur quilibet talis mereri volens indulgentias iniurias sibi factas ex corde, reconcilietur ei cui fecit iniurias, restituat ablata iniuste facto vel voto. Cessat ab usura recipienda et restituat iam percepta, et dimittat concu„binam nunquam ad eam reversurus. Resignet benefi„cia simoniace adepta; restituat omnes fructus inde per„ceptos qui percipi potuerunt: suspendant se ab ordini„bus simoniace et a simoniaco susceptis: abstineat se ab iniustis et fraudulentis mercantiis, et propinationibus in„iustis thelonijs et actionibus, pignoraticijs contractibus nisi fructus computaverit in sortem, quibus perceptos resti„tuat pignora dominis proprijs libere sine pecuniae capitalis perceptione: desistat ab officijs sive saecularibus sive spiri„tualibus, quae vix aut raro sine peccato mortali possidere possent. Si laicus est resignet ius decimarum, quod in laicum cadere non possit, licet fructus ad tempus per„cipere possit. Si monachus aut Religiosus est renuntiet proprietati, servet obedientiam promissam sicut et castita„tem, reformet se in regulae suae observatione, pomposos or„natus, vitiosos contractus, perversas consuetudines re„linquat, totalem novum hominem induat, qui secundum

De Indulgentiis

Deum creatus est; veterem abiiciens: id est à volupta-
-tibus vitiosis curiositatibus, scandalosis consuetudini-
-bus se alienans toto corde: Et si quis singula enarrare
sufficiatur, quibus lex Divina et humana plena est? quæ
omnia requiruntur ad verè pœnitentem et contritum.
Palpet quilibet et videat, si omnia reperiuntur in quolibet
currente pro indulgentiis, et verè pronuntiabo, quod tales
sint participes earundem. Nec tales procliviores
reddantur ad peccandum sub spe harum indulgentiarũ
percipiendarum. Et hoc omnia fieri necesse est tempore
unionis Ecclesiæ in fide et charitate fundatis prout per
Divinam gratiam iam esse pronuntiatur. Neque hoc
silentio præterire debeo, quod expedit habere plures tales
indulgentias ad plenariam remissionem in articulo mor-
-tis. Nam articulus mortis est duplex: quidam verus,
quidam præsumptus: Cuius cognitio pendet ex eventu
si moritur tunc aut non. Et ut recolo me legisse in quodã
scripto: quod Papa interpretatus est suum privilegium,
quod habeat efficaciam sive in vero sive in præsumpto
mortis articulo, sic quod non potest religiosus bis uti
illa gratia apostolica, sed exspirat semel usa etiamsi super-
-vixerit cui dicitur. Et non valet ista conditio adiuncta:

Anni Jubilei

Si supervixeris hac vice reservo tibi hanc gratiam in ul,
„timo mortis articulo. Quia absolutio sub Conditione se,
„cundum doctores non habet efficaciam in ~~ar~~ confessione
Quidam tamen ut communiter addere solent hanc Conditio,
„nem: si supervixeris: quia non est verus articulus mor,
„tis: et hoc etiam est valde probabile. Nec hæc conditio
apposita vitiat absolutionem. Si ergo sic est quod tantu
in facto consistit, tunc expedit uti sola una gratia, alia
reservata, si supervixerit ad verum articulum mortis.
Hoc tamen non parum contristat solam unam gratiam habē,
„tem, cum homo quandoqz putat se esse in articulo mortis
et non est, ut subsequens probat vitæ eventus: de quo tamen
nihil certi audeo iudicare cum talis articulus mortis pu,
„tatus non est verus mortis articulus, de quo Papa ut puto
intendebat. Ideo audire potius vellem de hoc quam audiri.
Et esset necessaria declaratio Papæ. Hic etiam adverten,
„dum quod absolutio in anno iubileo obtenta cum indul,
„gentiis remissionis plenariæ multo pinguior est abso,
„lutione obtenta à quolibet in alio articulo mortis sine ta,
„libus indulgentiis. Nam licet quilibet presbyter in arti,
„culo mortis imminente aliquo casu necessitatis absol,
„vere potest ab omnibus peccatis, et a sententiis excom,

„municationis, interdicti, et suspensionis: Et habet autho„ritatem ad hoc apostolicam ex iure, tamen non potest absolvere ab omnibus poenis satisfactoriis. Et debet eum absolvere presbyter in forma ecclesiæ scilicet cum iuramen„to, ut iuret stare mandatis Ecclesiæ, si supervixerit, et se debet præsentare illi superiori, qui alias eum haberet absolvere, si non fuisset in periculo mortis: et parti læsæ aut partibus læsis satisfacere: alioquin recideret ipso facto in easdem sententias postquam convaluisset per cap: Eos qui à sententia canonis: de sentent: Excommun: ex lib: 6. et per cap: Parochiano: de sepulturis. ibi in glossa. et per cap: Nuper a nobis: de sententia excommunicationis. Senex tamen puto, quod de peccatis confessis etiam ad Episcopum spectantibus secundum aliquos non tenetur de novo iterare confessionem licet secundum Henricum de gandavo cautum tali esset, ut restituta sanitate iterum confitere„tur illi, cui alias confessio fuisset facienda. Sed ab„solutio facta in anno Jubileo aut super gratiæ plenariæ remissionis, sicut habet ordo Cisterciensis et Cartusien„sis, includit primo remissionem omnium peccatorum à tempore quo homo cœpit peccare et confessus fuit et contritus. Item includit remissionem omniu poenarum

iniunctarum, aut secundum Canones iniungendarum, licet non fuerint à Presbytero actu iniunctæ. Item, ut credo licet non diffinio Confessor sic electus vigore huius indulti potest absolvere ab omnibus casibus tam Papalibus, Episcopalibus, et aliis quantum ad cul=
=pam ratione plenariæ remissionis, et omnem poenam pro eis debitam remittere vigore clavium, et caute face=
=ret quod in forma absolutionis adderet: Si et in quantum hæc gratia se ad hoc extendit, et hoc ad evitandum poenas expressas in Cap: Religiosi: de Privilegiis. in Clementinis. Item ut creditur, etiam de peccatis oblitis de quibus ta=
=men in genere fuit contritus, et promptus fuisset confite=
=ri si habuisset in memoria. Item includit absolutionem a sententiis excomunicationis, suspensionis et inter=
=dicti et irregularitatis ab homine aut a iure generaliter latis: si tamen tenor indulti se ad hoc extendit. licet si sententia aliqua in eum nominatim esset lata à iudice aliquo, ab illo postulare debet absolutionem et dispensationem. Hæc videntur vera ex simili sententia tempore concilij Basiliensis concessa pro reductione græcorum Anno Domini 1436. Et hoc videtur mihi de omni plenaria sive in articulo mortis vero sive præsumpto

ut aliquid operetur talis plenaria remissio super ali-
"as particulares remissiones. Hoc tamen quod dico
de sententiis excommunicationis, suspensionis et inter-
"dicti et irregularitatis volo intelligi de absolutione
obtenta et impressa tempore anni iubilei his qui persona-
"liter urbum romanam visitant, cum ibi plenaria reside-
"re videtur potestas et authoritas absolvendi et dispen-
"sandi secundum dispositionem Papae. Si vero concedere-
"tur aliquibus, vel alicui haec gratia seu plenaria remi-
"ssio in aliis partibus aut extra urbem, puto vigore huius
plenariae remissionis confessorem non posse se intromittere
de tanta amplitudine absolutionis et dispensationis
praedictarum censurarum: nisi hoc ei competeret ex
tenore litterarum secundum quas se confessor regere
debet ne excedat limites. Puto tamen quod à sententiis
excommunicationis, suspensionis, et interdicti potest
absolvere secundum formam Ecclesiae, recepto iuramento
a confitente, quod tempore opportuno, quo poterit praesen-
"taret se superiori eius mandatum recepturus, ne
frustraretur ipsa gratia, si incontinenti se non potest
praesentare superiori secundum Cap: Nuper à nobis de sent:
excomun: quod respiciatur. et Cap: Religiosi: de Privilegiis

in clement: et alia ibidem allegata. Utrum autem
inchoantes iter aut terminantes et ad limina Petri
et Pauli venientes consequantur talem plenariam
remissionem ex tenore bulla potest et debet conside=
=rari. hoc tamen attento quod principalis intentio
itenerantium sit consecutio indulgentiarum, non
curiositas aut avaritia aut consecutio beneficio=
=rum aut mercantia aut alia causa saltem princi=
=palis movens ad iter inchoandum et continuandum,
et alias non esset facturus iter: licet+ per accidens si + consecutive et
si aliquid superveniret commodum afferens, hoc non
excluderet principalem intentionem. Cautum etiam
iudico esse itinerantibus, ut se muniant licentia
proprii plebani ad sacramenta percipienda tam in
via quam in termino propter confessiones faciendas
et absolutiones consequendas: Et quod non sint pro=
cliviores ad peccandum actione huius gratiae quia
scirent sibi hanc gratiam suffragari, sicut solitum est
inseri in bullis talibus. Et ait quidam sic: Bullae
istae papales quae solent concedi super plenaria remi=
ssione sive uni singulari personae sive pluribus solent
in Curia exponi venditione pro certa summa pecuniae

una pro maiori summa pro pluribus personis et alia pro paucioribus personis pro minori pecunia sub pactione et pecuniae exactione et conventione: igitur ibi comittitur simonia temporale pro spirituali dando: cur videtur quod tales non sint alicuius efficaciae, ex quo comittens simoniam suspensus est quo ad se et quo ad alios tam emens quam vendens. ad hoc idem respon„detur: quod papa non ligatur canonibus sive lege posi„tiva, et licet posset esse simoniacus, et gravius quam alij inferiores peccaret secundum sanctum Thomam tamen non est per hoc suspensus quando acta per eum teneant. de hoc ergo non audeo quidquam iudiare sed aliorum iudicio comitto. tamen estimo quod poste„ri illorum, qui non comiserunt simoniam nec sint culpabiles in hoc vitio licitè possunt uti tali bulla in articulo mortis: cum culpa suos solum debet tenere actores. Hoc praescripta nolo praiudicare sanius sen„tientibus. hoc etiam nolo latere principia legen„tes, quantum constare potest ex bullis Romanorum Pontificum annum iubileum instituentium: scilicet Bonifacij VIII, Clementis VI, Gregorij XI et moderni Papae Nicolai V. quod Bonifacius anno Domini 1300.

instituit annum Jubileum de centesimo in centesimum.
Sed Clemens VI Considerans brevitatem humanæ vitæ
reduxit de quinquagesimo in quinquagesimum: quem et
secuti sunt duo posteriores, qui omnes in hoc concur,
„runt ut de quinquagesimo anno in quinquagesimum
currat annus Jubileus. Quodque visitantes almam urbem
pro indulgentia illa consequenda hoc anno scilicet 1450
sint vere pœnitentes et Confessi, et tres Basilicas sci,
„licet Apostolorum Petri et Pauli, et Lateranensem, et
Mariæ Maioris scilicet Romani ad minus 30 diebus, si
vero forenses et peregrini 15 continuis seu interpola,
„tis visitarent. hoc tamen omnia quæ sunt positiva
semper potest augere vel minuere ad arbitrium suum.
Adiicientes etiam ut hi qui pro ea indulgentia consequenda
ad easdem Basilicas accedentes post iter arreptum impe,
„diti legitime quo ad minus ad urbem illo anno valeant
pervenire, aut in via, vel dierum prælaxato numero non cō,
„pleto indicta urbe decesserint vere pœnitentia ut præmitti,
„tur, et confessi eandem indulgentiam Consequantur.
Hoc etiam nolo latere Lectorem quomodo Martinus Papa V.
litteras exemptionis plenarie Concessit Cartusiensibus
Et cum hoc plenariam remissionem in articulo mortis


dedit cuilibet de dicti ordinis fratribus etiam donatis, et interpretatus est hanc indulgentiam solum valere, et habere efficaciam in vero articulo mortis: ideo in præ„ sumpto articulo scilicet potest toties quoties repeti usque ad ultimum articulum mortis: prout de hoc habentur probationes in Charta Capituli 1436 anni. Et alia multa privilegia concessit dicto ordini: quorum originalia et autenta habentur in Cartusia Maiori, in Bononiensi et Coloniensi domibus cartusianorum Erfurdiensi. Hic non indocte verti potest in dubium an aliquis talis habens indulgentias Papæ, quod possit in articulo mortis absolvi; qui esset præventus impedimento linguæ quod non posset verba formare in confessione, signa tamen et nutus quosdam habet certos et evidentes per pectoris tunsionem aut capitis inclinationem seu per corru„ pta oris verba, quod desideraret absolutionem paratus facere confessionem si valeret: utrum scilicet tali per confe„ ssionem potest dici absolutio vigore istius indulti. Potest ad hoc probabiliter responderi: licet talis per sacramentum Eu„ charistiæ procurari non deberet, inungi tamen potest, imo de„ beret, et absolutio ei impendi desiderata etiam sacramen„ talis absolutio, et licet non absolveretur a culpis et pœnis

peccatorum prius non confessorum de quibus prius contritus fuit. Patet hoc ex prædictis. quia si talis non esset destitutus officio linguæ, sic quod posset facere confessionem suam, licet non omnia peccata in particulari prius confessa tunc exprimeret tamen absolveretur à pœnis peccatorum prius confessorum aliis confessoribus, ut prius dictum est: quia dicitur in bullis talibus concedimus plenariam remissionem omnium peccatorum, de quibus corde contriti et ore confessi fueritis. vel in singulari. non dicit de quibus sibi vel ipsi confessori confessi fueritis, sufficit quod alteri vel aliis quibuscunque confessi fueritis. Igitur à simili huic officio linguæ destituto talibus et talibus pœnis valet absolutio. Item probatur hoc, quia talis, si per alium pro ipso fieret opus satisfactorium in vita vel post mortem, vel etiam per se ipsum si supervixerit absolveretur a pœnis à se debitis: igitur magna virtute clavium quæ operantur in virtute passionis Christi per locum a minori ad majus. Item patet per hoc quia visitans aliquam ecclesiam ubi sunt veræ indulgentiæ contritus et confessus absolutus est a pœnitentia peragenda tot annorum aut dierum quantum sonant indulgengentiæ etc: igitur etiam in præsenti casu, quia nihil refert sive totum sive partem, quia papa non ponitur mensura.

De Indulgentiis Anni Jubilei.

Item quia talis non absolvit propria authoritate sed apostolica, quae sic suam absolutionem voluit interpretari: Inde etiam, quod etiam quilibet confessor electus per poenitentem, etiamsi nesciat quid valeat indulgentia, aut quas papa indulserit, aut quod Romani pontifices, aut quot et quanta sint peccata prius confessa, dummodo intendat absolutionem impendere quam debet, et quam sub auctoritate sibi concessa potest, ille inquam efficacem absolutionem impendit, quia talis est quasi instrumentum papae animatum. Nec aestimo necessarium fore talem habentem gratiam in articulo mortis omnia peccata prius confessa in specie confiteri cum culpa prius deleta sit, et hic solum poena deletur. bonum tamen esset si singula in specie posset confiteri sed aegritudo corporis et taedium confessoris sunt impedimenta ne una confessione terminari possent. In genere tamen expedit confiteri ea omnia sub clavibus concludendo. Haec mihi visa sunt sine praejudicio aliorum. Concurrente Anno Domini 1449 Authorizante in Ecclesia militante D. Nicolao Papa Quinto.

1763. 11 Januarii



De Potestate Dæmonum, Arte Magica, Superstitionibus & Illu-sionibus Eorundem.

Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci ad hebræ: ultimo. Hac doctrina Apostolica et saluberrima hortatur fideles ut repudiatis his, quæ sanæ doctrinæ adversantur, fidem studeant accomodare solidiori-bus fundamentis, quorum radices fixæ sunt in coelo: nè circumferantur omni vento doctrinæ. Et tales sunt indubitata firmitate munitæ. de quibus idem Paulus ad galat: loquitur. Sed licet nos Angelus de coelo Evan-gelizet vobis præterquam ~~Evangelizat~~ Evangelizavimus vo-bis anathema sit. scilicet humanæ adinventiones, figmen-ta, sortilegia, incantationes, veneficia, somnia, divina-tiones, benedictiones, Dæmonum illusiones, præsagia,

De Potestate Dæmonum, arte Magica,

Aruspicia, artes notoria, futurorum pranosticatio-
„nes, coniurationes, dierum observationes, Punctu-
„ationes per artem Nigromantiæ, pyromantiæ, geo-
mantiæ, et plura talia ut patebit infra in processu:
quæ omnia abducunt multos à vero Cultu Dei, qui-
„bus minus eruditi seducuntur, et putant aliquid nu-
„minis et divinitatis inesse, attribuentes hoc dæmo-
„nibus, quod esset Deo adscribendum, vel e converso.
Nam non sum nescius ex veritate evangelica, quod
scribæ et Pharisæi Divinitatis opera in Christo prin-
„cipi Dæmoniorum adscribebant scilicet Beelzebub:
Lucæ 11. Et hoc ex invidia. Multi vero Christianorū
his fidem accomodant ex ignorantia, Causas ignoran-
sicut. „tes ex quibus ista procedunt. Nam sic dicit Philoso-
„phus 1 Elenchorum. Ignorantes virtutes vocabulorū
de facili paralogizantur: sic ignorantes causas raro-
„rum effectuum seducuntur faciliter. dicit enim Phi-
„losophus 1 Physic: tunc unum quodque scire arbitra-
„mur, cum causas et principia usque ad elementa cognosci-
„mus. Et 1 Posteriorum. Scire est rei causam cognoscere
etc. Ideo magis imperiti his occupantur, ut sunt vetulæ,
laici et Idiotæ: Non autem sapientes. In signum huius

Superstitionibus et Illusionibus eorundem.

satanas per mulierem scilicet Evam primo venenum infudit damnationis in universo orbe. Nam frustra iacitur rete ante ~~pedes~~ oculos pennatorum. difficile, est causas horum scire, nisi ab his qui peritiam habent artium Philosophiæ naturalis, et præcipuè sacræ Theo,,logiæ primo artium. Quia dæmones in responsis dan,dis utuntur orationibus amphibologicis, quæ diversis sensibus possunt subiacere. ut: Si vis non evenit: ~~quæ diversis sensibus possunt subiacere et~~ statim vertunt se ad alium dicentes non fuisse bene intellectos. aliud Philosophia etiam naturalis docet natu,,ras rerum cognoscere, quæ non omnibus patent. Theologia etiam multas in se continet veritates, per quas falsitates excluduntur. Et licet ingenia clara multorum in his enodandis prioribus temporibus operam dederunt, non tamen super,,stuitatis argui debeo: si de paupertate ingenii mei aliquas qualescunque spicas post tergum meten,,tium cum Ruth Mabitide studebo colligere ex qui,,bus vidua illa Noemi idest pauperes ingenio utcun,,que valeant errores suos cognoscere, et se recreare, ac inopiam ignorantiæ suæ temperare. Cognitis

enim rerum causis, et innumerabilibus effectibus cessa-
-bit admiratio: ut patet in eclypsi solis et lunæ, in ful-
-gure, in tonitruis, et in aliis meteorologicis impressi-
-onibus, quarum causæ in libris Meteorum exprimuntur.
Rustici vero mirantur non sapientes, quibus causæ sunt
notæ. Cum igitur prædicta generent superstitionem,
et alia similia ex astutia et malitia dæmonum tam
ex authoritate sacræ scripturæ, et ipsorum dæmonum
propria confessione et certa evidentia, non sit dubium
evenire. Primo videndum est de natura dæmonum,
loco eorum qui ista fabricant, potestate, cognitione,
voluntate et operatione eorum: quibus cognitis, iam
via patebit ad cognitionem illorum insolitorum effe-
-ctuum ex quibus cognosci potest eorum fallacia et
invidia ad homines: qui ardentissimi sunt ad homi-
-nis damnationem per errores attrahendam. Invidia
enim diaboli mors intravit in orbem terrarum. sapient: 2.

De Natura Angelorum & Receptaculis Eorum. etc.

Angelus Domini secundum Damascenum sic describi-
-tur. Est substantia intellectualis semper mobilis, li-
-bera arbitrio, incorporea, Deo ministrans secundum

Superstitionibus et Illusionibus eorundem

gratiam, non naturâ, immortalitatem suscipiens, cuius substantiam, speciem, et terminum solus, qui creator est, novit. Hæc descriptio licet solis bonis angelis propriè convenit, tamen etiam reprobis in his, quæ naturam concernunt, convenire potest. Essentialia enim et naturalia in utrisque integra remanserunt: licet gratuita in reprobis sunt corrupta: quos utique Deus ad laudem sui nominis, et ad communicandam suam bonitatem creaturis rationabilibus condidit, ad ministerium hominum: secundum illud ad hebræos 1. Nonne omnes sunt administratorii spiritûs in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem salutis capiunt? Et licet Deus solum per bonos angelos bonum hominum operatur directè, qui nos instruunt, defendunt et ad bonum alliciunt: tamen per Angelos malos indirecte nostræ consulit saluti, qui nos tentando, exercitando, persequendo virtutem nostram exercent, meritum et præmium inviti augent. sicut patet in sancto Job. Et tales dæmones ex quo exercent nos impugnando: consequenter non est dubium, quod sunt circa nos, aut etiam in nobis. Quia dicit Damascenus. Ubicunque dæmon operatur ibi est. Quia oportet movens esse cum moto ex 7 Physicorum.

Sed tamen mentem hominis non ingreditur quoad sub,
„stantiam, sed quoad effectum, inquantum instigat homi,
„nem ad aliquid cogitandum: quia dicit david. Immissi,
„ones per angelos malos. Locus igitur infimus debetur
ratione culpæ et pœnæ, scilicet infernus. Item ratione
officii et culpæ debetur aliquibus dæmonibus locus me,
„dius, scilicet medium interstitium äeris, qui minus
habet pulchritudinis et quietis: et dicitur aer caligi,
„nosus. Nam dicit August: 4 super genes: ad litteram: quod
aer caliginosus est quasi carcer dæmonibus usque ad tem,
„pus iudicii et non ultra. quia tunc cessat ministerium
bonorum angelorum ad hominem, et exercitatio dæmo,
„num. Et Ideo ad Ephes: ult: Paulus appellat eos princi,
„pes et potestates, et rectores mundi tenebrarum harum
et spiritualis nequitiæ in cœlestibus, scilicet in cœlo
aëreo, sicut dicimus aves cœli aerei. Ex quo cœlo ae,
„reo permittuntur ad nos descendere ut nos tentent,
et exerceant. unde de nocte plus tentant et plus videntur
posse quam de die. Et secundum Bonaventuram super
2.º sentent: commovent ventos et pluvias, tempesta,
„tes, tonitrua, fulgura, corruscationes: quia descendunt
cum aere illo grosso quasi cum loco et continente proprio.

Superstitionibus et Illusionibus eorundem.

Post diem vero iudicij omnes detrudentur ad infernum. Sunt tamen aliqui dæmones semper in inferno, super pœnas animarum damnatarum deputati. Et forte plu,,res sunt in aere caliginoso quam in inferno. quia in Evangelio leguntur plures expulsi ab hominibus, etiam integra legio: sexmillia sexcenti sexaginta sex. Marci 5 et Lucæ 8. Et dicit bonaventura, quod sanctis quibus,,dam ostensum est, eos circa nos volitare sicut muscas. Et ideo tempore tempestatum solitum est a Christianis pulsare campanas ad terrendum dæmones. Et ideo etiã campanæ quædam ab Episcopo solent benedici, inungi, et consecrari: quarum pulsatio creditur esse maio,,ris efficaciæ. Ipsi tamen dæmones in aere non carēt pœna infernali, licet non sint in loco inferni: sicut nec boni angeli circa nos existentes privantur visio,,ne divina Christo teste Mathæi 18. Angeli eorum sem,,per vident faciem Patris. Ratio secundum Thomam: quia ignis ille inferni agit non secundum distantiam aut præsentiam: sed modo spirituali, sicut instrumentũ divinæ iustitiæ. Unde dicitur in quadam glossa Jacobi 3. quod portant secum ignem gehēnæ quocunqꝫ vadant. Neqꝫ repugnat huic dicto, quod rogaverunt Christum,

ut non mitteret eos in abyssum, ut dicitur Luca 8. quia hoc petierunt propter eorum invidiam, reputantes sibi pœnam si excluderentur a loco unde possent hominibus nocere. unde Marc: 5. dicitur: quod deprecabantur eum ne expelleret eos extra regionem. Sed de Dæmonibus in hominibus habitantibus, ut in obsessis, in arreptitiis, sentiunt doctores quod locum habeant in humoribus, ut puta magis impuris et sordidis, in augmentum pœnarum: et licet patiuntur pœnam infernalem, tamen obsessus non sentit ignem ex ratione iam dicta: quia ignis ille non agit modo corporeo, sed secundum Dei ordinationem. unde si Petrus esset in inferno non sentiret ignem, quia non meruit.

De Potentia, Cognitione, & Voluntate Dæmonum.

Et quia dæmones sunt creaturæ rationales, quæ sunt alicuius Potentiæ, Cognitionis et voluntatis: ex istis sequuntur eorum operationes: videndum est ad quæ istæ proprietates se extendant, ut ex his variare possimus causas effectuum contingentium per dæmonum operationes. De Potentia igitur Dæmonum dicitur 1°. Job Per Deum: non est potestas super terram, quæ ei comparetur, qui factus est ut nullum timeret. Omne

sublime videt, et ipse est rex super omnes filios superbiæ: Job: 41. Et Isaias 14. Quomodo cecidisti Lucifer qui manè oriebaris. et Ezech: 28. de Potestate et sapientia. Tu Signaculum similitudinis, plenus sapientia, et perfectus decore, in deliciis Paradisi Dei fuisti. Et ponit Novem nomina Lapidum quibus ornatus fuit: et post: Tu Cherub extentus et protegens, et posui te in monte sancto meo. In medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in viis tuis, perfectus decore in die cognitionis tuæ, donec inventa est iniquitas in te. unde credendum est, quod tam in bonis Angelis quam in reprobis, quo ad eorum naturalem originem est eadem potestas habitualis: sed quo ad executionem actualem in perversis angelis in multis est depressa et diminuta secundum Divinam ordinationem propter homines, quos ad tentandum et puniendum nimis sunt avidi. Nec etiam ~~ex~~ officium bonorum Angelorum exercent: scilicet, Illuminare, purgare et perficere propter ipsorum malitiam. Item patet eorum potestas, quo ad eorum creationis rationem, seclusa eorum malitia, qua executio eorum impeditur; Quia omnis Creatura corporalis apta nata est obedire eis

ad motum localem, quantum eis permittitur a Deo. unde legitur quod corpora humana de loco ad locum tu„lerunt, et montes movere possunt et grandes machi„nas, lapides molares. Sicut et per sanctum Angelū legimus Prophetam Habacuc in corpore mortali de Judæa in Caldæam fuisse transportatum. Et omnia quæ ad corporis motum pertinent non est eis impossi„bile, si a Deo permittuntur: et hoc in brevissimo tempore et longissimo spatio. unde dicit Albertus super de Cœlo et mundo. Quod malignus spiritus cuidā in brevissimo tempore attulit tempore hyemali fron„des et fructus florentes arborum recentes, forte de Paradyso aut remotis partibus, ubi tempore nostra hyemis ibi æstas, secundum climata et sphe„ram materialem. Sunt tamen aliqua quæ nec boni nec mali angeli facere possunt, de quibus postea erit speculandum. Et quia dæmones mutationes cor„porum de loco ad locum in brevissimo tempore facere possunt, si permittuntur, putant homines ibi aliquid Divinum, quod tamen naturaliter fit per incantatio„nes et pacta Dæmonum per homines fallaces. unde etiam legimus quod dæmones corpora mortuorum, aut

membra eorum, sicut ora, manus, pedes movere possūt, quasi viverent. Sicut in vita S. Petri legitur, quod Simon Magus Caput defuncti cœpit agitare, ut alij putabant eum vivere. Sed Petrus ipsum suscitavit. Sic et loquebantur canes virtute dæmonum per Simonem incantati ex motu aeris sonum formantium: ut ibi legitur de Simone mago, quem dæmones in aerem elevaverunt, quasi ascendere vellet in cœlum. Sed man„dantibus Apostolis Petro et Paulo Dæmones ipsum dimi„ttentes natura proprio præcipitio deorsum interiit. Unde ex motu locali exteriori et ab extrinseco alicui„us vivi vel mortui non potest argui vita alicuius seu aliquod miraculum.

De Cognitione Dæmonum.

De cognitione vero Dæmonum et scientia clarum est, quod est plenus sapientia: ex auctoritate Ezechie„lis proallegata. Et patet secundum Thomam Prima par„te: quæst: 64. ait primo, qui allegat Dionys: c. 4 de Di„vinis Nominibus: quod Itita dæmonibus angelica do„na nequaquam immutata esse dicimus, sed sunt integra et splendidissima. Et inter illa dona est veritatis scientia. Ideo naturalis cognitio in diminuta non est. alia autē

cognitio quæ habetur per gratiam, sicut in revelationi-
-bus secretorum Divinorum, quæ est speculativa aut effe-
-ctiva producens amorem Dei et proximi, quæ pertinet
ad donum sapientiæ. Prima non est totaliter eis ablata
sed diminuta: quia tantum revelatur eis de his secretis,
quantum oportet. vel quando mediantibus Angelis bo-
-nis, vel per aliqua Divinæ virtutis effecta: ut dicit Aug:
9. de Civit: Dei. Non autem sicut ipsis sanctis Angelis
quibus plura et clarius revelantur in ipso verbo.
secunda vero cognitio totaliter est eis ablata, sicut à
Charitate sunt alieni. Tripliciter autem à dæmonibus
cognoscitur aliqua veritas, seu habetur scientia.
uno modo per subtilitatem suæ naturæ, licet lumine
gratiæ sunt obtenebrati. 2do per revelationem à sanctis
Angelis, cum quibus non conveniunt quo ad per conformi-
-tatem voluntatis, sed conveniunt similitudine intelle-
-ctualis naturæ, secundum quam possunt accipere quod
ab aliis manifestatur. 3tio. cognoscunt per experienti-
-am longi temporis, non quasi à sensu corporali acci-
-pientes, sed, dum in rebus singularibus completur
similitudo eius speciei, intelligentes, quam habent
sibi naturaliter inditam. alia cognoscunt præsentia

superstitionibus et illusionibus eorundem.

quæ non præcognoverunt futura: Nec enim tamen dæmones omnia futura præsciunt: quia secundum Augustinum lib. 9. Confess: Præterita et futura non cognoscuntur, nisi per ipsorum imagines præsentes cognoscenti: omne enim quod cognoscitur præsens est cognoscenti. Inter res vero quædam sunt futuræ ut semper: sicut solem oriri: quæ=dam, ut frequenter. quædam ut raro. Primarum rerum imagines habet Angelus sibi concreatas; ideo scit eas. secundas scit per coniecturationes. 3tias per revelationem. Primæ res cognoscuntur ut sunt in suis caussis certitudina=liter: ut medicus præcognoscit sanitatem infirmi. 3æ vero sunt casu, et alia fortuita et sunt penitus ignota tam angelis quam hominibus. Ideo dæmones sæpius falsa prædicunt, nisi in his quorum causas clarius cognoscunt quam homines aut per subtilitatem naturæ suæ. Secreta etiam cordium prout sunt in re ipsa non cognoscunt nec Angeli nec homines, sed prout sunt in effectu per signa exteriora possunt cognosci: sicut per immutationem vultus, sicut et medici per pulsum, affe=ctus animi cognoscunt, et tanto subtilius quanto cla=rius immutationes corporales perpendunt. Inde etiam dicti sunt dæmones secundum græcos quasi Dei

De Potestate Demonum, arte Magica,

Monos secundum Papiam, quasi valde periti et rerum-
-scios ac valde sapientes. Ex isto notabili de cognitione
demonum possunt multe utiles doctrine trahi: de pro-
nosticatione vetularum per somnia et de neccessitate
puerorum an vera vel falsa sunt. Et de nigromanticis,
ariolis etc. Possunt tamen demones ex subtilitate na-
-ture et velocitate motus sui predicere aliquibus in una
provincia aut regno hoc quod agitur, aut agi intenditur
in alia provincia. ut si ~~exterus~~ exercitus aliquis disponeret se
ad bellum contra aliam provinciam potest ei nuntiare
antequam exercitus veniat. Et talia iam sunt in rerum
natura, licet sint futura alteri provincie, et hoc homo
velox pronunciare potest. Sed de Mysterio incarna-
-tionis christi angeli omnes ante primum adventu
in generali prescierunt boni et mali, sed secundum
speciales conditiones aliqui ignoraverunt, scili-
-cet inferiores. Sed post adventum christi etiam
mali non cognoverunt certitudinialiter, sed
quod in evangelio confitentur hoc est ex quadam
suspicione, et incerta coniectura. Nam si cog-
novissent christum, minime certe mori eum
procurassent.

superstitionibus et illusionibus eorundem.

De Voluntate Dæmonum.

Iam de voluntate Dæmonum notat S. Thomas 1 parte quæst: 64. ar. 2. quod sicut voluntas bonorum Ange-„lorum confirmata est in bono, sic voluntas dæmonum obstinata est in malo. Causam huius oportet accipere non ex gravitate culpæ, sed ex conditione naturæ sensa„tæ. Hoc enim est hominibus mors, quod illis est casus: ut dicit Damascenus. Manifestum est autem quod omnia mortalia peccata sive magna sive parva ante mortem sunt remissibilia, post mortem vero irremissibilia, sicut dæmonum post lapsum. quia dicitur in psalmis. Superbia eorum, post lapsum, qui te oderunt ascendit semper. Cuius ratio est: quia homo in præsenti vita apprehendit mobili„ter obiectum suum, potens se ad oppositum vertere. Angelus vero apprehendit immobiliter obiectum suum et adhæret ei fixè et immobiliter: sic nos apprehendimus assensum priorum principiorum. Nec obstat quod dæmones aliqua bona faciant, quia confitentur veri„tatem dicentes: Quia tu es sanctus Dei: in Evangelio. Isti credunt et contremiscunt. Jacobi 2. Et dicit Dionys: 4. c. de Divinis nominibus. quod bonum et optimum concupiscunt: scilicet esse, vivere, et intelligere.

De Potestate Dæmonum, arte Magica,

Nam quidam est actus dæmonis ex deliberata volun„tate procedens: et hic semper est malus. Quia, et si ali„quando aliquod + malum facit, non tamen benefacit: si„cut dum veritatem dicit ut decipiat, et dum non volun„tarie creditur et confitetur sed rerum evidentia coactus. Alius est actus dæmonis naturalis qui potest esse bonus, et attestatur bonitati naturæ, et tamen etiam tali actu bono abutitur ad malum: sic aliquando suggerit ad re„ligionis ingressum, ut deterius post in præcipitium dei„piciat. Legitur ad malum aliquando subtiliter prædica„sse, ut populum habeat accusare de contemptu verbi Dei, et de ingratitudine. Et licet diabolus pœnitet se amisisse gloriam: et hoc pœnitentia est dolor de commi„sso: tamen ille dolor non procedit ex Dei offensa, qui nunquam est sine gratia: sed procedit ex damno, quod incurrit: scilicet propter pœnam et læsionem, et hoc etiam potest haberi sine gratia ex puris naturalibus. Unde dæmon in tentando homines sanctos præparat eis cor ut Job: sed non procedit ex tentatore, sed ex bono usu tentati, quia tentator intendit peccatum tenta„ti non utilitatem. Sed quæres: an sancti viri debent appetere ut tententur, ut eis meritum crescat?

+ forte: bonum

Superstitionibus et Illusionibus eorumdem

Respondetur: quod interior tentatio à nullo est appetenda, quia raro peccatum evadit: unde petimus. Et ne nos inducas in tentationem: id est, intrare permittas. Exterior etiam carnis tentatio non debet peti ab aliquo, propter nimiam hominis corruptionem, et pronitatem ad actum carnis, et propter quandam carnalem amicitiam: et difficilius resistitur huic tentationi carnis et familiarior est et continue impugnat. Exterior vero tentatio mundi, et dæmonis potest sapienter ab homine, qui se fortem esse expertus est, peti, non autem ab infirmis. Et dicit S. Thomas. victoria nostra verbos dubia est, igitur securius non appetitur omnis tentatio. hoc etiam Deus pensans multo mitius permittit temtare homines etiam religiosos, quam prius sanctos Patres non cognoscunt, qui visibiliter et per grandia verbera à Dæmonibus tentabantur. huius ratio assignatur in collationibus Patrum: aut propter nostram desidiam et infirmitatem, aut propter efficaciam passionis Christi et gratiæ Divinæ, quæ ubique abundantiam suæ benedictionis diffundit. et forte dedignantur dæmones tam molesti esse hominibus, quia vident eos provenire tentationes et non fore stimulum necessarium e quo a se in præcipitium currente. Nulli tamen dæmones

possunt facere violentiam in tentationibus hominibus,
quia debilissimi sunt non ex natura sed ex Dei misericor,
„dia et Angelico Adiutorio eos prohibente. Nam nec au,
„si sunt porcos intrare, nisi petita licentia a Deo Matth. 5.
Nec asinos B. Job tangere. Et in canonica Judæ Apostoli
legimus: Quomodo Dæmones altercati sunt cum Michaele
Angelo volentes corpus Moysi occulte sepultum Judæis
revelare, ut eos ad Idolatriam inducerent; sed prohibiti
sunt à Michaele dicente. Imperet tibi Deus. Judæ 5.
Sed an Dæmones possunt cogitationes malas immittere
in corda hominum? Respondetur: quod novas cogitatio„
„nes per species prius non existentes in phantasia non
possunt immittere. sicut in cæco nato non possunt inferere
cogitationes de coloribus non visis tanquam causæ
principales et efficientes; sed possunt illustrare phan,
„tasmata proconcepta inclinando et excitando vel im„
„pellendo secundum diversas eorum expositiones, ut
possint novæ intentiones ab eis accipi, ut nullus licet
viderit aureos montes integros; tamen aurum et mon,
„tes vidit: igitur componit aureum montem. Igitur
vocantur incentores cogitationum: in quantum fervere
faciunt sanguinem vel coleram, ut anima ad concupis,

„cendum disponatur: sicut etiam quidam cibi ~~ad~~ libidinem provocant ex qualitatibus primis. Unde etiam legimus de Juda traditore: Cum diabolus iam misisset in cor ut traderet Christum Joan: 13. et accendit cor eius in tur„„pitudine peccuniæ. Et de uxore Pilati legitur quod diabolus immisit ei in somno ut retraheret Pilatum à sententia mortis in Christum ferenda. unde etim henricus de gandavo in suo quodlibeto videtur sentire, quod dæmones etiam cognoscant cogitationes hominum. Nam cogita„„tio non est aliud quam phantasia sive species in memo„„ria actualiter per mentem speculata et revoluta, et illa sunt aliquit in ~~natu~~ rerum natura et correspondit ei aliqua res et aliquid circa rem, et hoc ex subtilitate naturæ dæmonibus non potest abscondi. Sed quod commu„„niter ex dictis et scripitis dicitur, eos cogitationes non cognoscere, sed solus Deus: hoc intelligitur quoad inten„„tionem et finem cur fiunt istæ cogitationes, cui nihil correspondet in re, v: g: ~~[illegible]~~ cogitationes de pulchritu„„dine mulieris hi cognoscunt, sed cur an propter car„„nalem affectionem, vel propter divinam dilectionem ut propter pulchritudinem creaturæ mentem suam in ~~[illegible]~~ pulchritudinem trahat creatoris non cognoscunt

unde Pssalmista. delectasti me Domine in factura tua.
et Sapient: 13 dicitur. Dominator eorum speciosior est
à magnitudine et pulchritudine speciei et creaturæ
cognoscibiliter poterit horum creator videri. hanc
intentionem solus Deus cognoscit et non dæmones. Sunt
ergo dæmones insatiabilis malitiæ, invidiæ, superbiæ,
ita ut etiam omnes homines damnare cuperent: imo vellent
Deum non esse, aut secum damnari: propterea verbo blas-
-phemant Deum ut dicitur in Apocalypsi. Nec B. Mariam
nominare volunt, nec sanctos propter odium quod habent
ad eos; et nullum bonum est in eis nisi bonum naturæ
scilicet esse, et vivere et intelligere. Ideo astutissimis
modis tota eorum intentio ad hoc festinat ut fallere vale-
-ant homines, et si in eorum esset potestate infantes in
utero materno perimerent, ne ad sacramentum Baptismi
pertingerent. Bella concitant, iras inflamant, ad incon-
-tinentiam et libidinem carnem resolvunt, et si non
valeant in vigilia, saltem in somnis, maxime religiosos:
et quomodo hoc procurant patent in sequentibus. Et spe-
-cies mulierum sibi exterius etiam horribilibus visibili-
-bus adducunt: sicut legitur in vitas Patrum. Et quomo-
-do agunt sequentia declarabunt. Non autem sunt cupi-

-ditates, avaritiæ aut luxuriæ in se, quia corporales creaturæ non sunt; sed alios ad hoc instigant propter pec-catum. Nec quitquam lucri aut bonitatis pænæ accedit eis ex peccatis hominum aut damnatione, et tamen sic invi-dent eis hoc bonum, quod ipsi amiserunt. Quia gaudium est miseris socios habere pænarum. Quanta aviditate sollicitantur ad seducendos homines clare patet ex scri-pturis. Circuivi inquit sathan terram, et perambulavi eam Job. 1. Et Petrus. adversarius vester diabolus cir-cuit, quærens, quem devoret. et August: lib 83. quæstionum dicit. Serpit hoc malum scilicet dæmonis per omnes aditus sensuales, dat se figuris accomodat coloribus, adhæret sonis, odoribus se subicit, infundit saporibus. hæc ille. Et in vitis Patrum legitur quod quidam Eremita per angelum ductus fuit ad quoddam claustrum: ubi vidit multitudinem dæmonum sicut muscas volitantes. postea duxit eum ad quan-dam grandem civitatem, super cuius portam vidit solum unum dæmonem quasi otiosum. Quæsivit cur hoc esset: Respondit angelus. in civitate sufficit unus tentator, quia omnes fa-ciunt eis voluntatem. In claustro vero repellitur et rebellizat eis. Ideo etiam per multos eos satanas impugnat.

De Potentiis Animæ Humanæ.

Sed quia dæmones multas illusiones et ludificationes exercere soliti sunt per animæ potentias, non debet videri inutile si aliqua dicemus de ipsius potentiis, ut clarius causas illarum illusionum cognoscere valeamus. Proquo sciendum quod tam Philosophi naturales quam theologi concordant in hoc quod ponunt quinque potentias animæ: scilicet veg~~etivam~~tativam, sensitivam appetitivam, motivam secundum locum immutantis, intellectivam. de Prima, secunda et ultima quæ nobis deserviunt ad præsentem materiam succinctim aliqua tangam, diffusiora Philosophi relinquens in 2° de anima et 3tio. et Primo de generatione. Nam operationes dæmonum magis circa istas tres quam circa alios solet inveniri. Vegetativa habet sub se alias tres potentias, scilicet nutritivam, augmentativam et generativam. Per nutritivam servantur viventes in esse. Per augmentativam aquirit debitam quantitatem, per generativam aquirit vivens esse in rerum natura, ut de potentia materiæ educatur forma, quæ primo non erat ~~in~~ actu in materia, sed solum in potentia. unde nutritio proprie capta sic solet describi ex 2do de anima. Est con-

"versio alimenti in substantiam aliti facta a materia mediante calore naturali ad restaurandum deperdi"
"tum. Augmentatio proprie dicta ex 1 de generatione et corruptione est conversio nutrimenti in potentia cor"
"poris animati in corpus actu animatum maius quam est perditum per actionem caloris naturalis facti ab anima, ut vivum suam debitam attingat quantitatem. generatio vero secundum Philosophum ibidem saltem simpliciter et proprie dicta est mutatio facta in sub"
"iecto, qua de potentia subiecti immediate incipit esse nova substantia, sicut cum de aere fit ignis. Item alia defini"
"tio: est transmutatio huius totius in hoc tamen nullo sensibili remanente subiecto eodem, scilicet in actu for"
"mali, licet materia est eadem in extremis ambobus. Sed descriptiones hae dantur tam de generatione inani"
"matarum, quam animatarum. Sed restringendo eam ad animata tantum, oportet addi facta a vigore virtu"
"tis defluxae ab anima generantis, per quam educitur forma de potentia materiae, quae prius non erat in ma"
"teria actu: et sic excluditur creatio animae humanae quae secundum fidem a solo Deo creatur et infunditur in materia ad hoc disposita per qualificativas dispositiones.

De Potestate Dæmonum, arte Magica,

Ex istis tribus descriptionibus sequitur correlariè, quod nec Angelus bonus nec reprobus verè et propriè nutrire, generare et augmentare possunt ~~quia~~ nec in se ipsis, nec corporibus assumptis nec in aliis: patet hoc: quia non habent corpora organica physica, quorum anima est actus substantialis ex 2° de anima. Et licet videntur ista facere, tamen non verè et propriè, sed quosdam motus habent aut habere possunt similes tales, nec omnino habent animas vegetativas: licet in scripturis commedisse et bibisse se legantur. de hoc tamen in sequentibus clarè dicetur. ulterius et de potentia sensitiva et secundum Thomam 1 parte: quaest: 10: art: 3. sensus est potentia quædam passiva quia immutari nata est ab exteriori sensibili. Et secundo de anima. Sensus est ~~est~~ virtus passiva respectu sensationis. Exterius autem immutativum est quod per se à sensu percipitur et secundum eius ~~immutationem~~ diversitatem sensitivæ potentiæ distinguuntur. Est autem duplex immutatio sensus, quædam naturalis, secundum quod forma immutantis recipitur in ~~est~~ immutato secundum esse naturale, sicut calor in calefactibili. alia spiritualis secundum quod forma immutantis recipitur in

imutato secundum esse spirituale sicut forma coloris
in pupilla quo non fit ab hoc* colerata. habent autem + ~~calefacta~~ forte
Dæmones hanc potestatem, ut in exterioribus ~~speciebus~~ sensibus
aufferant ~~aut aufferant~~ species rerum ne perveniant
ad sensus exteriores hominum: ut presentia non possint
videri aut audiri, quia hoc homo facere potest inter-
posito obstaculo per manum aut asserem. Et exinde
multe rationes illusionum possunt assignari et
de his postea dicetur. Invenimus enim in scripturis
sanctis de Angelis sanctis quod percusserunt viros
peccatores in sodomis cecitate, ita ut ostium domus
iusti Loth tota nocte invenire non possent: genes: 19
Et de Propheta Elisæo similiter legimus, de exerci-
tu regis Syriæ 4 Regum 6. sensus etiam exteriores
recipiunt species rerum sine materia, non enim lapis
est in sensu aut anima, sed species lapidis secundum
Philosophum. Item exteriores sensus non sunt con-
servativi specierum diu, sed mox traiciunt eas ad
sensus interiores, quia alias non possunt alias spe-
cies recipere, cuius oppositum experientia docet: in-
tus enim existens prohibet extraneum. De sensibus
vero interioribus in quos dæmones mira machinantur

1

De Potestate Dæmonum, Arte Magica,

Sciendum, quod tam figmenta ex Theologia, quam natura-
li philosophia distingunt in sensus ut patet 2° de anima.
Et secundum Thomam I parte: quæst: 79. art: 4. scilicet sed sensus
communis ad cuius officium pertinet ponere discretionis
iudicium inter sensibilia diversorum sensuum ex-
teriorum: scilicet albi a dulci. Sensus enim proprius ex-
terior ponit differentiam inter sensibilia eiusdem
sensus scilicet albi a nigro, sed non albi a dulci. 2dus
sensus est phantasia sive imaginatio; quæ secundum
Thomam idem sunt quasi Thesaurus formarum per sen-
sum acceptarum, cuius signum est quod principium
memorandi fit in animalibus et etiam in hominibus
ex aliqua huiusmodi intentione, puta quod non est
nocivum vel conveniens, et ipsa ratio præterita, quam
attendit memoria inter huius modi intentiones com-
putatur. Sed alia bruta percipiunt huiusmodi sensus
vel intentiones naturali instinctu: homo vero per
quandam collationem. Et ideo quæ in aliis animali-
bus dicitur æstimativa, in hominibus dicitur cogi-
tativa, cui medici assignant organum in medio capitis.
Alij tamen aliter distingunt sensus interiores; scili-
cet secundum sensum communem, ut dictum est,

quæ etiam non reservat sensus, sed transmittit eos ad alios sensus ut repræsentant rem quasi præsentem. Ideo in somniis sensus in communi ab aliis interioribus destu-xæ videntur quasi res essent præsentes: quia secundum Philosophum: somnus est passio primi sensati idest sen-sus comunis, quando sensus exteriores sunt ligati, sed interiores non bene magnæ deceptiones dæmonum fiunt in somniis aut etiam in vigiliis per interiores spe-cies super quas dæmones possunt habere potestatem trans-ferendo eas de phantasia memorativa, aut ad sensum com-munem, quasi res esset præsentes. Unde legimus in vi-tas patrum: quod quidam coniugatus noluit cohabitare uxori suæ, putans eam versam in equam quandocumque eam intuebatur. quando requisitus cur nollet cohabitare ei? Respondit: debeone cohabitare cum equa? tandem quidam sanctus dicto Pafnutius intelligens dæmonis figmentum oravit pro sanitate viri, et cessavit dæmon ab illusione viri et recognovit vir esse uxorem suam. et dixit ei: Ecce hæc est equa quam vidisti. Sic de alio audivi narrare, qui putavit se mortuum: ideo nullum volebat sumere cibum, dicens mortui non comedunt tandem etiam de consilio aliorum per industriam sa-

„natus fuit. Et hoc totum videtur fieri ex interiori,
„bus sensuum per phantasiam et alias potentias quæ
aut apprehendunt aut conservant species fortiter im,
„pressas; aut virtute dæmonum; aut ex læsione cere,
„bri aut cellularum seu ventriculorum in quibus
dictæ species reservantur. sicut videmus in mente ca,
ptis aut fatuis; qui rident, cantant, ostendunt res quas
nullus videt nisi ipsi; et mirabilia gesta agunt. hoc
totum fit quod species interiores fluunt de uno sensu
ad alium per diversas apparentias. aliæ vero potē,
„tiæ diversis modis a diversis distinguuntur, de quibus
ad præsens supersedeo, Philosophis et medicis ea relin,
quens: Et tantum de his Philosophasse sufficiat, cum
intenti stili præsentis ad alia festinet.

Ad Quæ, & Ad Quanta Potestas Dæmonis Se Extendat.

Pro quo sciendum quod invenitur in rebus multi,
„plex agens: scilicet a natura naturante scilicet à
Deo: à natura naturata, scilicet a re naturali: ab
arte a qua procedit res, scilicet calix, cultellus. stam
a voluntate scilicet actus moralis, ut sunt opera vitio-
virtuosa vel „sa. Opus primi est a Deo, quod ex nihilo procedit, nec

nec præsupponit materiam neque formam, ut in crea,,
,,tione cœli et terræ: quæ creatio ad solum Deum per,,
,,tinet, nec est communicabilis alicui creaturæ, nec
angelis bonis nec malis. cuius rationem assignant
doctores super 2° Sententiarum: Quia ens et non ens
in infinitum distant. Creatura autem qualibet est
est finita, quo non potest agere ultra suam na,,
,,turam, qualis est creatio. Aliis rationibus probat
hoc S. Thomas 1 parte: quæst: 45 art: 5. Actio vero
naturæ naturatæ fit per formam essentialem rei
naturalis virtute intelligentiæ non errantis, qua
simile ex simili generatur ex semine indito rei gene,,
,,ranti in materia prædisposita mediantibus dispositio,,
,,nibus qualificativis. ut ex una arbore generatur
alia, ex uno grano alia generantur. unde dicit
Philosophus 2 Physicorum. homo generat hominem,
et sol scilicet concurrente influentia cœlesti: unde
dicit Deus in ipsa creatione rerum. Germinet terra her,,
,,bam virentem, et facientem semen et lignum pomife,,
,,rum faciens fructum iuxta genus suum, cuius se,,
,,men in semetipso sit super terram genes: 1. actio
vero artis procedit ab intellectu practico secundum

speciem conceptam a re exteriori, quæ species per in-
-tellectum et per organa exteriora sibi simile producit
non secundum naturam sed secundum similitudinem
vel ideam. et ars imitatur naturam in quantum potest.
ex 2º Physicorum, quia natura certius et perfectius ope-
-ratur quam ars. Cujus ratio est quia a nobiliori intel-
-ligentia regitur scilicet ab angelis bonis. Intellectus
vero hominis, qui est principium artis defectuosus est.
unde dicit Thomas. Corporum artificialium formæ pro-
-cedunt ex conceptione artis et tamen nihil aliud sunt
quam comparatio ordo et figura ut dicit Philos: in lib:
Physicorum. unde non possunt habere naturalem vir-
-tutem ad agendum. Ideo caracteres, signa et figuræ
artis magicæ nihil operantur ad invocationem dæmo-
-num: sed solum sunt signa, ad quæ per pacta occulta
dæmones adveniunt voluntariè. Quia verò naturalia
et omnis creatura corporalis administretur per ange-
-los probat S. Thomas 1 p: q: 110. art. 1. per August: lib: 83.
quæst: dicentem quod unaquæque res visibilis in hoc mun-
-do, habet angelicam potestatem sibi præpositam. Et
Origenes dicit super illud Numer: 17. Cum vidisset
asina Angelum, quod opus est mundo angelis qui præsunt

Superstitionibus et illusionibus eorundem

super bestias, et prosunt animalium necessitati, virgul-
-torum, plantationum et coterarum concreatarum re-
-rum incrementis. In actione naturali agens imper-
-ditur agenti aliquid ipso passo. In artificiali vero nihil,
sed solum aufferet, mutat et apponit ut in scamno. actio
vero moralis virtuosa est secundum rectam rationem
proportionata. Quibus praemissis Potestatem daemonu
per summarias propositiones studebo declarare: Quarum
Prima est ista.

Propositio I.

Actus creationis tam bonorum quam malorum angelorum excedit facultatem: patet per iam dicta. Ideo si aliquid subito aut rarum appareat virtute Daemonum fictioni aut aportationi de loco ad locum deputandum est, non creationi daemonum aut forma-tioni essentiali.

Propositio II.

Viâ naturalis generationis producere rem in esse effective excedit tam bonorum quam malorum an-gelorum facultatem, praecipuè malorum. hac propo-sitio est in prima Parte quost 110. art: 5/2. quia omne agens agit sibi simile. Ideo id quod facit res naturalis

habet similitudinem cum illo quod fit: sicut ignis ad igne. Et allegat Augustinus 3 de Trinitate. Non est putandum, inquit, istis transgressoribus angelis ad nutum servire hanc visibilium rerum naturam: sed soli Deo. unde quia materia prærequiritur in generatione substantiali, forma autem educitur de potentia materiæ per formam generantis, quæ discindit semen cum vi formativa defluxa cum semine ab ipsa anima generantis. alias si angelus hoc potest facere non esset naturalis forte formatio, sed supernaturalis, et esset creatio quæ non competit alicui Angelorum. Et dixi notanter effectivè, quia dispositivè possunt tam boni quam mali angeli media quadam unire et adhibere, citius et subtilius et occultius per quæ tanquam dispositiones fiant naturales rerum generationes: et hoc est instrumentaliter. Sunt enim secundum Augustin: in rebus quædam seminaria respersa, quæ applicata passivis faciunt naturalem transmutationem, quæ angeli clarius agnoscunt et citius applicare valent. ideo quod natura tardius facit ipsi velocius facere valent. sicut Magi Pharaonis, serpentes, ranas in Ægypto, sanguinem, sicut Moyses fecit virtute Divina

sine semine: sic ipsi virtute dæmonum eis administra-
-ntium semina naturalia. huic simile est: sicut agricola
arato agro proiicit semen in eo, et natura ex grano ge-
-nerat simile sibi naturaliter et effective: agricola
verò dispositive. Et ex hoc solvuntur multæ dubitationes
in apparentiis dæmonum. quia dicit August: quod dæ-
-mones homines quosdam aquis demerserunt, et dixerunt
eos versos in aviculam, et ad cœlum levare et volare,
quia post realem submersionem produxerunt aves
de aquis, quas homines videntes crediderunt, quod
homines mutati essent in aves: de his postea videbur.

Propositio IIII.

Operationes ab arte procedentes non excedunt nec
bonorum nec malorum Angelorum facultatem. Nam
prius dictum est, quod res corporales obediunt Angelis
quoad ~~locum~~ motum localem, qualis motus fit in rebus artifici-
-alibus ut dictum est: saltem Deo permittente. Nec
tamen mali angeli a Deo permittuntur ad nutum suū
agere omnia quæ possunt, sed prout merita aut demerita
hominum exigunt iusto sed occulto Dei iudicio. Unde
non mirum quod dæmon vocatur mille artifex, quia
non creditur esse ars, quam ipse ignoret, etiam sutoria

pannificam, et astutissimus est disputator, sophista,
et scit facere paralogismos, solutor argumentorum
et frabricator fallaciarum et solemnissimus prædica-
-tor etc. quæ omnia sunt opera artificialia. Ideo ma-
-gis deridendus est in his, quam admirandus et audiendus.
Medicus etiam non dubitatur artificiosissimus, qui
herbarum, fructuum, lapidum pretiosorum et omnium
metallorum virtutes cognoscit, et posset ea applicare
si permitteretur, aut si eius malitia non obstaret.
Et qualitatum primarum, humorum et complexionum
humanarum artem optime novit. Ideo non mirandum
si ægritudines corporum causat: ut in sancto Job, quem
percussit Deo permittente ulcere pessimo. Et in vita
S. Sylvestri legimus: quod disputante Sylvestro cum
Judæis de fide christiana coram Constantino Impera-
-tore, qui cum contra omnes victoriam obtinuisset
quidam magus fidem suam firmare volens quendam
taurum indomitum et omnibus terribilem iussit
adduci: in cuius auribus occultè quodam verba pro-
-tulit, et mox taurus mortuus fuit. Quem reprehen-
-dit Sylvester dicens, quod verbum dæmonis protulit,
qui ipsum taurum occidit: nec occisione tauri veri-

superstitionibus et illusionibus eorundem.

„tas fidei posset comprobari, sed ex resuscitatione tauri.
Si igitur magus posset taurum resuscitare, ex hoc veri„
„tas fidei posset comprobari. quem cum non potuit resu„
„scitare Sylvester eum in christi nomine resuscita„
„vit et domesticum fecit: dicens. scriptum est: Domin(us)
mortificat et vivificat: sed Dæmon potest mortificare,
sed non vivificare. unde christiana fides vera fuit
approbata: Ideo applicando complexionem in homine
ad aliam complexionem potest infirmitatem causare
et alias homines affligere. ut in Evangelio in multis
locis testatur. Potest etiam ab afflictione cessare;
ex hoc homines minus eruditi putant eum posse sa„
„nare. In his tribus propositionibus talis est ordo.
quod creatio nec prosupponit materiam nec formam.
In rebus naturalibus prosupponitur materia indisposita
sed forma introducitur. Et in rebus artificialibus
tam materia quam forma prosupponuntur scilicet
totum compositum. Ideo etiam possunt artificialiter
morbos curare propter scientiam herbarum, lapidum et
cæterorum. Si enim medici hoc facere possunt per
applicationem talium: cur non dæmones? unde Au„
„gust: de doctr: christiana: et transumptive in canone

26. quæst: 4 cap: Sciendum est: dicit. accipiunt enim
plerumque potestatem et morbos immittere, et ipsum
aerem vitiando morbidum reddere et perversum: et sic
amatoribus terrenorum commodorum maleficia
suadere, de quorum moribus certi sunt quod sint
talibus suadentibus consensuri. Et Magister in sen-
tentiis lib: 2. dis. 7. dicit: quod subtilitate sensus
sui et corporis semina istarum rerum nobis occultiora
noverunt, et eas per congruas tentationes elementorū
latenter spargunt, atque ita gignendarum rerum, et
accelerandorum incrementorum prebent occasiones.
Cur vero Deus ista permittit: sicut et alia multa male-
ficia præstigia, illusiones, divinationes, superstiti-
tiones etc. de quibus postea dicitur. Respondit Magist:
sentent: in sententiis ibidem: ad fallendum fallaces: sicut
in Ægypto Pharaonem, vel ad admonendum fideles,
ad exercendam probandamque patientiam iustorum:
sicut in Job. ut scilicet iusti non pro magno haberent
talia, nec desiderarent talia facere, quo etiam pessi-
mis non negantur. Quo tamen non nisi Deo permit-
tente facere possunt. quod clare patet exodi 8. quia
etiam cinifes et muscas facere non poterant, quo etiam

ex putrefactione sponte generari possunt. unde Magi Pharaonis compulsi sunt Deo gloriam dare: dicentes digitus Dei est hic.

Propositio IV.

Et ex ista tertia propositione venabitur et trahitur quarta. scilicet: Formatio Corporum inanimatorum nec malorum nec bonorum excedit facultatem. Patet ista propositio ex multis locis sacrae scripturae. Nam legimus bonos Angelos Abrahae apparuisse, et cum eo Conversationem habuisse in corporibus assumptis: sicut et Loth in sodomis: et uxori Manue Jud: 13. et Zacha-rio in templo Lucae 1. et Credimus Gabrielem visibili-ter et Corporaliter Beatae Mariae apparuisse. Nec indigent istis corporibus propter se, et propter suum esse: sed propter vim administrativam quoad nos, et quoad operationes aliquas exercendas, et propter se ostendendas: sicut in Tobia de Raphaele ad consu-lendos, laetificandos et confortandos fideles. Et ista corpora sunt eis tanquam instrumenta et organa ad ope-randum, et sicut signa ad manifestandum. De reprobis autem angelis scimus ex vita sanctorum: quomodo assumere possunt talia corpora: ut in vita B. Martini

Cui apparuit diabolus in glorioso purpureo habitu
diademate coronatus hortans eum ut se adoraret: di-
»xit se esse Christum, ad ipsum de cœlo descendisse. Quem
sanctus Martinus contempsit: dicens: Christum non sic
prodixisse se venturum, sed sicut ascendit, ita venturum
se dixit. mox ille sicut fumus disparuit turpissimum
fœtorem post se relinquens. Similiter in vitis Patrum
sæpius legitur: dæmones sanctos apparuisse in specie
mulieris ad eos decipiendos: et de uno quem tentavit
et inflammavit usque ad nefarium actum, quem jam per-
»ficere voluit, putans eum esse mulierem. In cujus
amplexu dæmon ut fumus disparuit cachinnans et sub-
sannans eum. Hoc autem corpora assumpta more
artis fabricant, scilicet tam boni quam mali angeli non de na-
»tura cælestium corporum, quia non sunt receptiva con-
»densationis et rarefactionis, nec de corpore mixto, quia
tunc in ejus depositione esset fœtor et corruptio: nec de
igne, quia nimis rarus, nec de aqua, propter ejus flu-
»xibilitatem nec de terra propter ejus opacationem, et
gravitatem: sed de aere non puro, quia purus aer non
est susceptivus coloris nec terminativus, sed aere super-
»fuso aliquo vapore: sicut videmus in nube, quod non est

corpus plenè mixtum. hunc aerem angelus congre-
gat condensat, figurat, et prout convenit mediante
radio solis colorat et continet ne defluat. Sententia
est Thomæ 1 p: Quæst: 51 art: 2. et tractant doctores
super 2° sentent: dis: 8. et ista corpora non sunt natura-
liter unita angelis: quia non habent veram formam
corporis humani, quia sunt inanimata sed solum
effigiem: sicut pictor imaginem format de ligno, aut
de lapide colorans eam coloribus ad instar corporis
humani quasi vestitam vestibus cum membris et or-
ganis quantum potest: et hoc per artem suam, nec est
fictio quantum ad bonos Angelos, quia finis assumpti
corporis est administratio, consolatio, et lætificatio
iustorum ad imperium Dei. De malis vero angelis
non est excusatio nisi permissio Dei, quia semper ad
malum finem tendunt. Et dixi in corpore corporum
inanimatorum, quia licet possunt inhabitare corpora
inanimata non tamen possunt ea assumere, quia opera-
tio formæ substantialis excedit facultatem omni-
um Angelorum, quia est solius Dei et naturæ natura-
to a Deo instituto: ut dictum est. Ex ista propositione
elicitur correlarium: quod organa corporum assump-

„torum non habent executionem naturalem officiorũ
suorum quia nulla est ibi anima a qua procederent
istæ operationes: sicut oculi non vident, nec aures
audiunt et sic de aliis sensibus, nec est ibi cor, hepar,
pulmo, quia totum est corpus aereum, et post execu,
„tionem ministerii revertitur in materiam præia,
„centem: sicut dicimus de stella, quæ tres Reges ad cu,
„nabulum Christi perduxit. Nec est in corpore sanguis.
unde sequitur quod si quis gladio perfoderet tale cor,
„pus nullus sanguis sequeretur: sicut in aere conden,
„sato. Et angelus sive bonus sive malus est in illo cor,
„pore sicut motor in mobili, non sicut forma informans,
sicut dicimus de intelligentia orbem movente. Ideo pot,
„est solum ~~in~~ ea in talibus quæ ad ~~lo~~ motum localem per,
„tinent ut labia apparentia, et linguam movere ad
modum hominis: sicut fecit Angelus in asina Balaam
et in serpente decipiente primos nostros parentes,
quasi forma assistens non informans. Et quidquid
de aere condensato faciendum est hoc etiam de isto
corpore v: et sicut auriga currui, sic hic Angelus
corpori.

Superstitionibus et Illusionibus eorundem.

Propositio V.

Ex ista Quarta propositione sequitur. Sicut opera-
-tio potentiæ sensitivæ in corpore assumpto excedit
facultatem tam boni quam mali angeli, sic operatio
naturalis potentiæ vegetativæ excedit eosdem. pro
prima parte iam probatum est. Sed de secunda ex quo
potentia vegetativa habet sub se nutritivam, augmen-
-tativam, et generativam, quæ includunt in se cibi
sumptionem; locutionem, somnum: quæ in scripturis
videntur attributa angelis. Ideo videndum est de illis
sicut et de generativa. Tractant de hoc doctores super
2° sentent: dis: 8. et Thomas 1 parte: quæst: 51. art: 3
Ex quo ista corpora assumpta sunt inanimata nec vivunt:
et potentia vegetativa est potentia corporis viventis:
ut patet ex definitione animæ 2° de anima: Ideo om-
-nes concludunt, quod angeli non exercent, nec possunt
exercere opera~~tiones aliquas illis conformes, sicut
in locutione~~ vitæ: sed possunt bene exercere operati-
-ones aliquas illis conformes sicut in locutione est
repercussio aeris cum formatione soni, non tamen ad
instrumenta naturalia, quæ vocem formant: secundum
Petrum hisp: Nam dicit Philosophus de somno et vigilia.

cuius est potentia eius et actio. Cum ergo potentia non
sit in isto corpore non erit actio. bene dicunt quidquid est
est in talibus, prout anima in corporibus animatis est
principium motivum motu locali, hoc possunt facere
Angeli isti in corporibus istis: non autem prout est prin-
-cipium vitæ. Unde commestio proprie non convenit
Angelis in corporibus assumptis, quia comestio impor-
-tat consumptionem cibi convertibilis in substantiam
commedentis, quod nec angelo nec corpori convenire
potest, sed erat figurativa spiritualis comestionis.
Et hoc est quod Angelus dixit Tobiæ 12. Cum essem
vobiscum videbar quidem manducare et bibere, sed
ego potu invisibili et cibo utor. Abraham obtulit eis
cibos æstimans eos homines esse: in quibus tamen
Deum venerabatur. sicut solet esse in prophetis: ut
Augustinus dicit 15 de civit: Dei. Hoc est sententia
Thomæ parte 1 quæst: 51. art 3. dicunt tamen alii, quod
quo ad sumptionem et com~~estionem~~ sumptionem exterio-
-rem competit eis comestio, sed actus interior non fuit
ibi, scilicet conversio, nutritio et augmentatio. imo cibi
in materiam pristinam resolvebantur sicut aqua
virtute radii ~~in~~ solaris in vaporem. unde utraque pro-

„stio habet veritatem diversimode accipiendo comestione.
Sic dæmonum comestio, non prout vetulæ et imperiti
putant. prout legimus in vita B. Germani Episcopi: qui
in quadam domo hospitatus facta cœna vidit aliam men„
„sam cum cibis super positis parare, quærens cui no„
„va mensa pararetur: Responderunt bonis amicis
sociis et sociabus quas quidem pennates vocant.
aliis in domo dormientibus: ipse studuit vigilare. vidit
igitur multos dæmones venientes in specie hominum
vicinorum prædictos alios cibos consumentes. Suscitatos
igitur omnes in domo existentes, requisivit, si istos
cognoscerent? Responderunt: amici vicini nostri sunt.
tunc præcepit sanctus Germanus ut ad vicinos illos mitte„
„rent, an ita esset: et invenerunt eos omnes in lectis eo„
„rum. unde dixit eis quod essent dæmones ludificantes:
et prohibuit ne amplius talia facerent. et jussit absce„
„dere dæmones. utinam inter christianos hodie non
similia attentarentur. unde facile est dæmonibus
corpora figurare et cibos appositos non consumere,
sed asportare et ad locum occultum proücere, cum
maiora non est dubium eos posse exercere.

Sed de Christi Comestione post resurrectionem. Ex quo sacra scriptura in multis locis tradit Christum comme„disse et bibisse cum discipulis: utique fatendum est, hoc in veritate factum esse quoad assumptionem, masticatio„nem, et traiectionem cibi in stomachum, quod sufficit ad rationem commessationis. Nam Christus verum corpus animatum habuit eiusdem naturæ sicut ante, et alterius gloriæ. Conversio vero cibi in substantiam aliti est propter restaurationem deperditi, quod in Chri„sto locum habere non potuit: sicut nec in sanctis post resurrectionem. unde secundum Augustinum 13 de civ. Dei: Christo sicut et sanctis post resurrectionem ablata est egestas commedendi non potestas. Cibus autem iste consumebatur in Christo, sicut gutta aquæ in camino ar„denti virtute Deitatis, sicut vapores a radiis solaribus. Simile, si quis sacerdos commedisset, et mox de stoma„cho omnem eiiceret cibum: æquè censendum est, eum commedisse, nec posset missam celebrare, quia non censetur esse ieiunus, licet de cibo nihil mansi„sset in stomacho.

Propositio VI.

Actus generationis propriè dicto excedit Angelorū

perversorum facultatem. Patet: Quia vera generatio naturalis fit ex superfluo alimenti per semen decisum à generante, qua forma educitur de potentia materiæ dis=positæ, aut a Deo infunditur, quæ omnia aliena sunt ab illo corpore assumpto. Etiam quia generatio fit a sibi simili secundum naturam: et forma rei generatæ simi=lis est formæ rei generantis in specie, ut homo generat hominem, et asinus asinum. Hæc propositio inserta est propter scripturas aliquas et experientias multas in fallaciis dæmonum, qui dicuntur incubi et succubi. Sed indubitanter tenendum est secundum omnium docto=rum veram positionem id quod dictum est in hac proposi=tione de incubis et succubis dæmonibus crebrius legimus in vita sanctorum et experimur, quod dæmones in corpo=ribus assumptis coire possunt, quasi haberent animas, et semen viri subtrahere occultè possunt et vero mulieri infundere. Et tunc dicuntur incubi quod fortius est exper=tum. Et iterum succumbere in specie mulieris non veræ sed fictæ alicui vero masculo et semen suscipere et muli=eri viventi infundere, quia hoc omnia sibi possunt per solum motum localem, qui non est impossibilis ei. hoc testatur Augustinus 15 lib: de civit: Dei. Multi

se expertos et ab expertis se audisse confirmant salva-
„nos vel faunos, quos vulgus incubos vocat improbos sæpi-
„us exstitisse mulieribus et eorum expetiisse atque per-
„egisse concubitum. unde hoc negare imprudentia esse
videtur. sicut legitur in vita S. Bernardi et Hugonis Epis-
„copi Licolniensis. Nec dæmones delectationem carnalem ex
„hoc sentiunt, cum sint spiritus, et mulierum vexationem.
Non videtur tamen putandum, quod aliqui filii exinde
generari possint; quia deficit ibi calor naturalis. si
tamen ex coitu dæmonum aliqui interdum nasci con-
„tingeret, hoc non esset ex semine ab eis deciso sicut
in naturali generatione, sed ex semine alieno. unde
nati filii non sunt verè ipsorum filii sed illorum à quibus
semen illud susceptum est. unde solum dispositivè pos-
„sunt dici generare: sicut agricola grana in agrum pro-
„iiciens dicitur creator aut auctor bladorum. quia pos-
„sunt semina gignendarum rerum applicare ut dicit
August: lib: 3. de Trinitate: et prius est tactum. Nec
obstat quod legitur genes: 6. Postquam ingressi sunt filii Dei
ad filias hominum illæque genuerunt: isti sunt potentes
a sæculo, viri famosi. S. Thomas 1 parte. ibi secundum
doctores per filios Dei intelliguntur filii Seth, qui boni

erant, filios autem hominum nominat scriptura eos qui nati sunt de stirpe Cain fratris abel. Nec mirandum quod de eis gigantes nasci potuerunt: neque enim omnes gigantes fuerunt, sed multo plures ante diluvium quam post. Et coire aliud est quam generare: primum possunt, secundum non. aliud semen per dæmonem furatum non est coniunctum spiritui qui pulsat in arteribus feminæ, nec potest manere in suo vigore, qui tamen est motor principalis et vis formativa in menstruo mulieris et statim exhalatur. Etiamsi ex hoc possint generari homines aliquibus aliis maiores et fortiores: non mirum, propter constellationes et mulierum proportiones quas dæmones non ignorant. Et etiam ideo quia dæmones in coitu possunt mutare imaginativam potentiam ~~hominis~~ mulieris: secundum quam imaginationem fœtus disponitur in utero. Sicut legitur de quadam nobili Domina quæ quasi peperit æthiopem gnatum viro suo, quia in pariete cubiculi erat æthiops depictus, quem intuebatur mulier tempore coitûs. Sicut etiam legitur ~~de~~ ovibus laban tempore Jacob: propter virgas in canalibus oculis ovium tempore coitûs per Jacob propositas genes: 30.

De Potestate Dæmonum, Arte Magica

Propositio VII.

Dæmonum inhabitatio in corporibus humanis non repugnat eorum potestati. Patet per veritatem Evangelicam et quotidianam experientiam. Nam per suam subtilitatem et naturam suam spiritualem possunt quæcunque corpora penetrare et in eis sine obstaculo aliquo consistere; et ratione suæ potestatis possunt ea commovere, et ~~per~~conturbare. Permittit autem hoc Deus iusto et occulto iudicio ad gloriæ suæ ostensionem, ad peccatorum punitionem sive ad peccantis correctionem, sive ad nostram eruditionem, et ut hominem humiliet, et cautius vivere doceat. Et hoc magis pertinet ad rationem pœnæ quam culpæ. Unde legimus in vitis patrum et sanctos viros vexatos fuisse a dæmonibus et etiam petivisse ut in arctiori vitæ custodia stare potuissent. Tamen animæ illabi non possunt, sed in corpore solo, et non unus solus, sed plures: si una legio scilicet 6666. ut dicitur Math: 5. et Lucæ 8. Possumus tamen aliqualiter venari cur permittantur intrare, et inhabitare corpora humana: licet hoc non possit demonstrari, ve probari, nec in omnibus est verum. Primo quando homines non sunt rite baptizati bene nec per exorcis-

"mum sunt expulsi dæmones tunc vel in toto vel in par-
"te vexant homines. 2do Quando invocantur per male-
"dictiones. sicut legitur in dialogo. Quod quidam Episcopus
dixit famulo suo dixit: veni diabole et discalceia me. et
mox calcei sine ministro solvebantur de pedibus suis
ministerio dæmonum. 3tio per peccatum incontinentiæ
ut in septem viris Saræ: quos dæmon nomine Asmodeus
occidit, quia abuti volebant ea. Tobiæ 3. Et dæmon occi-
"debat filium Præfecti; qui impie agere volebat cum S.
Agnete: ut Ambrosius dicit. Quarto per irreverentiam
sacramentorum: ut patet in Juda. post buccellam intro
ibat in eum satanas. Non qu ut dicit August: Tom: 9 tra-
ctat: 26 in Joannem: quia malum accepit: sed quia bonum
male malus accepit: utpote ingratus de beneficiis
christi. tamen non legimus eum corporaliter vexa-
"tum: sed in phantasia dæmon instigabat eum ad tra-
"dendum christum. Unde habet omnem potestatem
hominem vexandi, torquendi non quantum vult,
sed quantum a Deo permittitur sub certis constella-
"tionibus ut creaturam Dei infamet. Et corpus
magis afflictibile est uno tempore quam alio propter
humores, qui uno tempore magis moventur quam alio.

Unde vocantur lunatici, quia luna dominatur super humores in corpore. Et possunt in corporibus obsessis privare hominem officio membrorum scilicet ut cæ„cos faciant et mutos, surdos: sicut legimus in Evange„lio Lucæ 11. Erat Jesus eiiciens dæmonium: et illud erat surdum et mutum. de afflictione vero hominum habetur Luca 9. et Marci 9. Non tamen credendum est quod Deus permittit dæmonem, ut occidat hominem: quia est signum correctionis. Ideo dixit ad satan de Job: ver„umtamen animam eius serva. id est corpus eius tuo po„testati committo, sed in animam nihil habebis potestatis. Ideo sæpius experimur in quibusdam domibus quosdam spiritus terribiles gestus facientes noctis tempore, scilicet: proiicere lapides, ollas concutere id est escam deportare in northusen: sed tamen homines non offen„dunt: quia Deus non permittit. Sed an sunt spiritus maligni, an humani non audeo determinare. Et forte per hoc volunt avisare viventes, ut pro eis suffragia fiant, si sunt spiritus humani: vel habent ibidem purgatoria sua, ubi peccaverunt. sicut legimus in dialogis B. gregorii lib: 4. Item simulant se affligi in corporibus humanis et clamant per os obsessi quasi affligerentur

quando homo obsessus affligitur. sed non sunt percep-
"tivi dolorum quia spiritus corporalibus pœnis non
affliguntur, nisi pœnâ ignis infernalis divino iudi-
"cio agente. sed simulant se verberari, ut homo magis
torqueatur. Legimus in dialogis Gregorii: quomodo quo-
"dam monialis lactucam comedit in horto sine benedi-
"ctione: et statim diabolus insidens lactucam eam posse-
"dit.

Propositio VIII.

Illusio sensuum exteriorum et interiorum non excedit
dæmonum potestatem. Hanc Propositionem S. Thomas 1.
par: quæst: 3 extendit, quod tam boni angeli quam ma-
"li possunt mutare imaginativam potentiam hominis.
Et probat ~~...~~ hoc de bonis Angelis Mathei 1. et ~~et~~ 2°.
de angelo qui in somnis apparuit per revelationem.
Qui etiam in responsione principali dat talem rationem.
Natura corporalis obedit angelo ad motum localem, ut
dictum est: ergo illa quæ ex motu locali causari possunt
subsunt naturali virtute angelorum. apparitiones
autem imaginariæ causantur interdum in nobis ex lo-
"cali mutatione corporalium spirituum et humorum.
unde aristoteles de somno et vigilia assignans causam

apparitionis somniorum dicit. quod cum animal dor,
„mit descendente plurimo sanguine ad primum sensi,
„tivum, idest, sensum comunem, similiter descendunt
motus impressi, idest, impressiones relictæ ex sensi,
„bilium motionibus, quæ in speciebus sensibilibus
conservantur: et movent primum sensitivum, idest,
sensum comunem, ita quod fit tunc quædam appari,
„tio, ac si tunc primum sensitivum à rebus exterioribus
immutaretur, ac si res essent præsentes, et tanta potest
fieri commotio spirituum et humorum, quia hui,
„usmodi apparitiones etiam vigilantibus fiunt, sicut
patet in phreneticis vigilantibus. Sicut ergo hoc fit
per naturalem remotionem humorum quæ etiam
quandoque per voluntatem hominis qui voluntariè
imaginatur quod prius senserat: sic etiam potest
fieri per virtutem angeli boni et mali quandoque
quidem cum alienatione a sensibus corporis quando,
„que etiam absque tali alienatione. unde non dubitatur
tantam aliquando fortem imaginationem fieri posse
quod totum corpus speciebus interioribus inflammatur:
et sequitur pollutio corporalis et fluxus seminis in
vigilia: ut Augustinus dicit in lib: de Trinitate:

et est expertum. Philosophus etiam in lib: de som: et vigil: dicit: quod dormientes possunt exercere opera vigilantium ex speciebus impressis in phanta„
„sia seu memoria, quæ fluunt usque ad sensum commu„
„nem, in quo apparent res quasi præsentes. unde videmus aliquos in somno ambulantes, surgentes et nescientes, et quandoque habentes inimicos sensibus hostilitatos sibi fortiter impressis surgunt et occidunt eos etiam in somno, et recollocant se: post evigilationem de somno nihil sciunt de hoc, nisi quod visus erat gladius cru„
„entatus. Similiter habemus in sacra scriptura de Loth: qui in somnis ambas filias fœcundavit, de hoc evigilans nihil scivit genes: 19. Et illa apparitio vel imaginatio non fit per novam specierum impressi„
„onem, quæ prius in sensu non fuit percepta: sicut non potest facere angelus bonus vel malus quod cœcus natus habeat apparitiones de coloribus: sed hoc fit per motum spirituum et humorum prius sensu per„
„ceptorum. Sic etiam in sequenti quæstione dicit S Thomas de sensu exteriori. sicut angeli boni per„
„cusserunt viros in Sodomis cœcitate: ut dicitur genes: 19 quadam passione quo dicitur Eurisia, vel

acrisia ab a, quod est sine, et crisis, iudicium. et in 4 Reg:
ut prius dictum est de Eliseo. unde dicit quod sensus im„
„mutari potest ~~tri~~ dupliciter: uno modo ab exteriori, si„
„cut cum mutatur a sensibili. alio modo ab interiori. Vi„
„demus enim quod perturbatis spiritibus et humoribus
mutatur sensus: Lingua enim infirmi, quia plena est
collecto humore omnia sensitut amara, et simile con„
„tingit in aliis sensibus. Utroque autem modo Angelus tam
bonus quam malus potest immutare hominis sensum
sua naturali virtute. Potest enim angelus exterius op„
„ponere sensui sensibile aliquid vel à natura formatum,
vel aliquid de novo formando: sicut facit cum cor„
„pus assumit. similiter et interius potest commovere
humores et spiritus, ex quibus sensus diversimode im„
„mutentur. Legimus in vitas Patrum: Quod quidam Pater
in eremo vidit grandam massam auri in deserto iacen„
„tem, ubi nulla via esse potuit hominibus: mirabatur
unde illa ibi esset, nec eam tangere voluit et statim eva„
„nuit. hoc tali modo fieri potuit ut dictum est ab exteri„
„ori apparitione phantasiam interius illudendo. Et
hoc potest facere virtute quarumdam rerum natura„
„lium, sicut Wilhelmus Parisiensis dicit: si quis

cutem serpentis pulverizaret, et permisceret cere et facit inde lumina, et accensa nocte in cubiculo strami,,
,,na et trabes et omnia quæ videntur facit apparere ac si essent serpentes viventes. & multa talia experi,,
,,menta ponit: de quibus postea erit speculandum, et de eorum causis. Sic etiam diabolus potest per tales spe,,
,,cies inducere ad peccatum utens talibus ~~ad~~ scilicet ad inflamandum appetitum, quo inflamato totum corpus in passionibus succenditur; ut in venereis et ira. unde quandoque in imaginativa est tanta vehemen,,
,,tia passionis quod homo etiam exterius nec videt, nec sentit, sicut in frenetícis in quibus species interio,,
,,res moventur et fluunt ad primum sensitivum, ac si res essent præsentes, et miranda gesta exercent ex in,,
,,terioribus speciebus. dicit aristoteles de somno et vigilia: aliquis in passione aliqua existens à modi,,
,,ca similitudine movetur, sicut amans à modica simi,,
,,litudine amati. Ideo dæmones tentatores nominan,,
,,tur, id est exploratores, quia experiuntur per actus hominum quibus passionibus magis subduntur, ut secundum eorum imaginationem efficacius imprimãt quod intendunt. Similiter etiam secundum Thomam

per commotionem sensibilium spirituum vel subtilius vel hebetius aliquid percipiunt. Subtilius autem aliquis videt vel aliquid audit cum fuerint spiritus sensibiles abundantes et puri. hebetius autem cum contrarium fuerit. Et hoc modo augustinus dicit, quod hoc malum per dæmones ablatum spargit per omnes sensus. Ex illo potest haberi speculatio, quomodo an-„geli boni vel mali possunt facere præstigia sensuum quod exterius res præsentes perstringunt, quod non possunt videri vel sentiri ut dictum est de sodomi-„tis: aut per obstaculi interpositionem aut per interi-„orum specierum fortem impressionem in imagina-„tiva aut sensu communi: ita, ut quandoque exterior sen-„sus unam rem percipit et non aliam: sicut sodomitæ illi tempore loth viderunt domum eius, sed non ostium domus. sic et exercitus ~~tempore~~ syrio tempore Elisæi et hoc vocat S: Thomas acrisiam scilicet sine iudicio: ab a quod est sine et crisis iudicium. Et hoc nominat Paulus fascinationem ad galat: 3. Imaginativa vir-„tus pro ut nunc non distinguitur contra cogitativam aut æstimativam magnam efficaciam habet in homine per species sic quod Avicenna dicit: quod quandoque

forma vel species in ea tantum corroboratur, ut etiã corpus mutatur: ut homo quandoque infirmus sanetur ex ea, et è converso sanus incipit ægrotare. et dicit, quod hæc actio efficacior est, quam illud, quod agit medicus instrumentis et medicinis suis. sicut vide-mus quod homo per parvam trabem super terram po-sitam facile ambulat; si verò in altiori loco posita fuerit minime audet per eam transire, sed contre-miscit in pedibus tibiis et toto corpore. Cuius ratio est: quia in imaginativa imprimitur species et forma ca-dentis, cui obedit materia et virtus membrorum, et non obedit eius contrario, etiam si ratio dictaret, quod posset pertransire, et timoris species imprimitur. Sic in omni actione ardua aut delectabili præservanda est imaginativa potentia à speciebus terribilibus, aut delectabilibus, ne absorbeatur. hoc in publicis acti-bus, sermonibus, et cult Augustinus sentit lib: 11. de trin: et exemplificat de ovibus laban ipse Jacob, ut prius dictum est. Et corpora teneriora citius capiunt tales impressiones in corpore et vi imaginativa, quam corpora grossa et dura. Intellectus potest mutare vim sensitivam. Patet secundum Richardum de media villa.

Contigit enim quandoque quod intellectus ratiocina-
tio intelligit imminere aliquod magnum periculum
malum super aliquod bonum, et ex hac apprehensione
fit aliquando impressio in vi animali: unde surgit pa-
ssio timoris vel spei. Et aliquando cum intellectus for-
titer dictat multum esse pertimendum de aliquo, et
voluntas multum de hoc pœnitet: ex hoc causatur aliquis
dolor sensibilis in aliquo appetitu sensitivo. Et brevi-
ter: quidquid potest sibi intus et extra per naturam in
sensibilibus, hoc multo celerius dæmones facere po-
ssunt: Et etiam homines invisibiles, ut postea videbitur
experimento.

Propositio IX.

Transmutationem in humana voluntate directe face-
re excedit dæmonum potestatem. Quam propositionem
probat Thom: 1 parte quæst: 3. dicens: voluntas potest
dupliciter mutari. Uno modo ab interiori. Et sic, cum
motus voluntatis non sit aliud quam inclinatio volun-
tatis in rem volitam, solius Dei est immutare volun-
tatem: secundum illud proverb: 21. Cor regis in manu
Dei, et quocunque voluerit vertet illud: quia ipse dat na-
tura intellectum et virtutem talis inclinationis.

Superstitionibus et illusionibus eorundem.

sicut enim inclinatio naturalis non est nisi a Deo qui dat naturam: ita inclinatio voluntaria non est ni-„si à Deo, qui causat voluntatem. alio modo volun-„tas movetur ab exteriori: et hoc in angelo est uno mo-„do tantum, scilicet à bono apprehenso per intellectum. unde secundum quod aliquid est causa, quod aliquid appre hendatur ut bonum, ad appetendum scilicet, hoc movet voluntatem. Et sic iterum Deus solus efficaciter potest movere voluntatem. angelus autem sive bonus sive malus per modum persuadentis, per mutationem spe-„cierum in homine. Sed praeter hunc modum etiam mo-„vetur aliter voluntas in hominibus ab exterius, scilicet ex passione existente circa appetitum sensitivum: scilicet ex concupiscentia aut ira aut avaritia incli-„natur voluntas ad aliquid volendum. Sic etiam ange-„li in quantum possunt concitare huiusmodi passiones et possunt movere voluntatem non tamen ex necessitate sed per modum persuadentis: quia voluntas semper remanet libera ad consentiendum vel resistendum passioni. Possunt etiam angeli illuminare intellectum hominis: quia superiores sunt intellectui humani, sicut etiam inferiores angeli. Illuminantur à superioribus:

De Potestate Dæmonum, arte Magica,

quia dicit Dionys: 4 Cap: Coelestis hierarchiæ: quod re„velationes Divinorum perveniunt ad homines median„tibus Angelis. Ideo sicut in rebus corporalibus inferio„ra adiuvantur per superiora: Ita per lumen angelicū confortari potest lumen intellectūs humani: quia intel„lectus humanus lumen etiam in se habet intellectuale quod est infra lumen angelicum, et hanc illuminatio„nem intellectus angelicus bonus incendit ad perficien„dum intellectum, non autem malus angelus: licet posset ex voluntate proprio naturo: sed non facit ex propria malitia. Ex parte autem specierum tam bonus quam malus angelus possunt immutare hominis intellectum= ad aliquid intelligendum, non species infundendo: sed quodam signa exterius adhibendo ad aliquid apprehen„dendum: quod etiam homines facere possunt in docen„do per verba et res. Ideo angeli boni possunt sub imagi„narias disponere et ordinare ad bonum hominis ap„prehendendum: mali verò ad malum: scilicet ad iram, concupiscentiam superbiam. sicut Juda traditori fecerunt, vel etiam ad impediendum intellectum veritatis: sed quia per aliqua inducitur homo ad dubitationem, quam solvere nescit, et sic trahitur in errorem: ut patet

in hæreticis. Ideo dicit Augustinus lib: 83. quæst: quod
dæmon quibusdam nebulis implet omnes meatus intel-
ligentiæ per quas spandere luminis rationis radios
solet. Ex illo venari possumus quomodo iudicium intelle-
ctus impeditur per ligamentum sensus: ut patet in somno.
Nam omnia quæ in præsenti statu intelligimus, cognos-
cuntur à nobis per operationem ad res sensibiles natu-
rales, cum verò sensus exteriores, per quos res cognos-
cuntur tanquam præsentes, in somno sint ligati, ut im-
possibile sit, ut perfectum sit iudicium de aliqua re.
Et isti sensus ligantur in somno propter evaporationem
quasdam et fumositates inresolutas: ut dicitur in lib: de
somno et vigilia. Ideo secundum dispositionem huiusmo-
di evaporationis contingit esse ligamentum sensus
magis vel minus. quando enim multus fuerit motus li-
gatur non solum sensus exterior et communis sed etiam
imaginatio, ut nulla appareant phantasmata, sicut in
principio somni post multum potum et cibum. Si vero
motus vaporum aliquantulum fuerit remissior, ap-
parent phantasmata ordinata: sicut in fine dormitio-
nis et in hominibus sobriis habentes fortem imagi-
nationem. si autem motus fuerit modicus, non solum

imaginatio remanet libera sed etiam sensus communis ex parte solvitur ita quod homo iudicet interdum in dormiendo ea quæ videt somnia esse, quasi diiudicans inter res et rerum similitudines: sed tamen ex alia parte remanet sensus communis ligatus. Et ideo li„cet aliquas similitudines discernat à rebus, semper tamen in aliquibus decipitur. Sic igitur per modum quo solvitur sensus et imaginatio in dormiendo, libe„ratur et iudicium intellectus licet non ex toto. Un„de illi qui dormiendo sigolizant aut prædicant, sem„per cum ~~[illegible]~~ excitantur recognoscunt se in ali„quo defecisse. Exemplum habemus in aqua mota, quo quandoque non repræsentat speciem intuentis, quando„que plus, quandoque purius secundum maiorem et minorem motionem. In phreneticis autem et obsessis tempore vexationis ipsorum totaliter usus rationis opprimitur, aut propter læsionem organorum in quibus spiritus con„tinetur, per quos intellectus intelligit, aut per impe„tum phantasmatum et per importunitatem specierum, quæ per rationem comprimi non possunt, quia intellectus licet non sit virtus alligata corpori actus tamen eius non est sine mini„sterio corporis dum est in corpore quo impedito im„

Superstitionibus et illusionibus eorundem
„peditur et operatio intellectus. Hoc est sententia S.
Thomæ et aliorum doctorum.

Propositio X.

Operatio miraculorum verorum tam bonorum
quam malorum angelorum excedit facultatem, ita
quod miracula vera facere non possunt. Patet per defi„
„nitionem miraculi. quia dicit Thomas 1. p: quæst 110.
quod miraculum quod fit præter ordinem creaturæ
naturæ. Et dicitur totius creaturæ ut nec excludatur pro
„iectio lapidis sursum, quod fit contra naturam particu„
„laris creaturæ. Quia dicitur in psalmo. Qui facis mi„
„rabilia magna solus. Nam quidquid angeli faciunt
in quacunque creatura propria virtute hoc faciunt secun„
„dum ordinem naturæ creatæ. unde August:+ de utilita„ +in lib:
„te credendi: dicit. Quod miraculum est opus magnum
arduum et insolitum præter spem et facultatem consi„
„stens admirantis. dicitur autem miraculum quandoque
largé, quod excedit cognitionem humanæ facultatis:
et hoc potius debent dici miranda quam miracula.
sicut et contingit quod unus homo facit aliquid quod
alterius cognitionem excedit. unde consurgit ad„
miratio alterius causam ignorantis. Et sic dæmones

possunt facere miracula largè sumendo. Sicut magi Pharaonis per virtutem dæmonis veros serpentes et ranas viventes in ægypto fecerunt: et sic etiam quod ignis de cœlo descendens pecora et familiam Job uno impetu consumpsit, et domum concutiens filios eius occidit, quæ omnia opera satanæ vera erant non phantastica secundum August: 20. de civitate Dei. unde dicit idem August: lib. 83 quæst: quod magicis artibus miracula fiunt plerumque similia illis miraculis, quæ fiunt per servos Dei. Nam et Moyses et Aaron similia fecerunt, sed per Dei virtutem, qualia magi per occulta semina in naturis plantata. unde dicit Apost: 2ª ad Tessal 2º. de Antichristo: cuius est adventus ~~secundum~~ secundum operationem satanæ in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus. et dicit August: quod sunt mendacia signa quæ per mortales sensus per phantasiam decepturus est, ut quod non facit facere videatur, vel si sunt vera prodigia ad mendacium tamen protraherent credituros. Ideo idem August: lib: 83: quæst: dicit. quod cum magi talia faciunt, qualia facti diverso fine et diverso iure fiunt. Illi enim faciunt quærentes gloriam suam: Isti vero quærentes gloriam Dei. sed illi faciunt per quædam

Superstitionibus et Illusionibus eorundem

privata commertia, isti sunt publica administratione
et iussu Dei, cui cuncta creatura subiecta est. Ideo S.
Thomas 1 parte quest: 118 dicit quod omnes transmu,,
,,tationes corporalium rerum quæ possunt fieri per
aliquas virtutes ad quas pertinent semina, quæ in
elementis mundi inveniuntur, illæ possunt fieri per
operationes dæmonum huiusmodi seminibus adhibi,,
,,tis, sicut ranæ et serpentes per putrefactionem etiam
de facili possunt generari: Et dicuntur illa mirabilia
solum quoad nos. Illæ vero transmutationes rerum
quæ non possunt fieri virtute naturæ: nullo modo fieri
possunt operatione dæmonum secundum rei veritatem:
sicut quod corpus humanum transmutetur in cor,,
,,pus bestiale, aut quod corpus mortuum reviviscat,
aut cæcus natus illuminetur. Et si talium aliquid
operatione dæmonum fieri videatur, non est secun,,
,,dum rei veritatem, sed phantasticum, et secundum
apparentiam tantum, ut quod uni apparet quod vi,,
,,deat ante se exercitum magnum armatorum, aut
quod equitent in equis etc: hæc quidem possunt contin,,
,,gere dupliciter. uno modo ab interiori secundum
quod dæmon potest mutare phantasiam hominis, et

etiam sensus corporeos, ut aliquid videatur aliter quam sit ut prius dictum est. Et hoc etiam interdum dicitur fieri virtute aliquarum rerum corporalium: ut in serpentibus visis in nocte de cute serpentis pulverizato et inde facto cereo. Alio modo potest fieri ab exteriori. cum enim dæmon possit formare de aere corpus cuiuscunque formæ vel figuræ, sicut et Angeli boni: ut patet de Raphaele in Thobia: et id assumens visibiliter apparet in eo, potest eadem ratione circumponere quamcunque corpoream formam, ut in eius specie videatur. et hoc est, quod August: dicit 18 de civ: Dei: quod phantasia hominis quasi etiam cogitando, sive somniando per rerum innumerabilium genera variatur: velut corporatum in alicuius animalis effigiem sensibus appareat alienis. quod non est intelligendum quod vis ipsa phantastica hominis aut species eius ~~ea~~ eadem numero incorporata alterius sensibus ostendatur. Sed quod dæmon in phantasia unius hominis format aliquam speciem, ipse etiam potest speciem similem alterius sensus offerre. hoc Thomas. Quo bene sunt notanda, quia per hoc solvuntur multo fallaciæ et apparentiæ in hominibus et dæmoni-

„bus: ut postea patebit. quia dicit August: 18 de civ:
„Dei. Nec corpus quidem humanum nulla ratione cre,
„dimus dæmonum arte vel potestate in membra besti
alia posse converti. Et sic in artibus magicis per in
spectionem alicuius pueri in gladio limato aut ungue
aut speculo per nigromanticos multa exercentur modo
prædicto. Et dicit Augustinus lib 83 quæst: quod magi
faciunt mirabilia idest miranda per privatos contra„
„ctus cum dæmonibus: boni Christiani per publicam
iustitiam: mali Christiani per signa publicæ iustitiæ.
Per dæmones dicuntur fieri privatos contractus: quia
quælibet virtus creaturæ ~~alicuius privatæ personæ~~ in
universo se habet, ut virtus alicuius privatæ personæ
in civitate. unde cum magus aliquid facit per pactum
+mutuum cum dæmone, hoc fit quasi per quendam priva„ +nutum
„tum. Sed iustitia divina est in toto universo sicut lex
publica in civitate. unde et ideo boni christiani, in„
„quantum per iustitiam Divinam miracula faciunt
dicuntur facere miracula per publicam iustitiam.
Mali autem christiani per signa publicæ iustitiæ:
sicut invocando nomen christi vel exhibendo sacra„
„menta alia. Hæc Thom: 1 parte quæst: 110 art: 4.

De Potestate Daemonum, arte Magica

Cum igitur aliquos effectus insolitos fieri cerni-
-mus, non mox ad miracula recurrendum, sed pensan-
-dum 1mo an, quod fit, verum sit aut fictum. 2do an natu-
-ra simile potest facere. 3^{tio} per quos aut per quem fit
talis effectus. 4to circumstantia illius: scilicet an per
invocationem nominis Christi et sanctorum. 5to, an in
vanis rebus nec honori Dei, nec communi utilitati
deservientibus. Propter 1^{mum}. Phantastica illusio non
est miraculum: quia non est aliquid in rerum natura,
sed solum apparet. Propter 2^{dum} formatio ranarum per
magos non erat miraculosa in aegypto. Propter 3^{tium}
perversi homines non de facili credendi sunt facere mi-
-racula. Sicut Simon Magus in sua elevatione in aera,
et locutione canum et commotione capitis unius homi-
-nis mortui. Propter 4^{tum} si occulte invocetur nomen
alicuius maligni spiritus: Sicut in vita S. Sylvestri
quidam perversus Judaeus per invocationem nominis
daemonis in aure indomiti tauri sibi illati eum oc-
-cidit. Propter 5^{tum}, sicut in coniuratione spirituum
aut aliis pluribus rebus. Ad cognoscendum ergo an vera
sunt vel falsa miracula facienda est per prudentes Divi-
-ni et humani iurisperitos industriosa examinatio.

Superstitionibus et Illusionibus eorundem

secundum quod habetur in iure de testibus et attestatio=
=ne Cap: venerabili et dicit glossa ibidem: quod cum
omni diligentia examinanda sunt, quemadmodum fit
in receptione testium. et 42 distinct: quiescas et 41
dist: miramur. et de reliquiis et veneratione sanctorū:
Et ad hoc discernendum secundum Thomam in 3tia parte.
Primo cognoscitur ex efficacia virtutis operantis,
quia vera signa per bonos facta divina virtute fiunt
etiam in illis ad quo virtus naturalis se non extendit
sicut cecos illuminare mortuos suscitare. 2do ex uti=
=litate signorum quia sunt de bonis utilibus: ut
in curatione infirmorum. per malos autem fiunt
de rebus nocivis aut vanis, ut hominem volare, mem=
=bra stupida reddere: ut patet in itinerario Clementis.
3tio ex fine signorum ad aedificationem fidei, ad Dei
honorem, ad bonos mores. è contra malorum. 4to
ex modo operandi: quia boni per invocationem Divi=
=ni nominis pie et reverenter: mali in quibusdam
deliramentis: sicut incidentes se cultris. Deus
igitur limitavit operationes in rebus, quasdam
sibi soli reservavit, nec eas alicui naturae communi=
=care voluit, ut actum creationis ex nihilo. Quasdam

secundum solitum naturæ cursum facit; ut in quo-
„libet grano virtutem seminalem impressit, ut ex
grano granum generetur, et hoc nec Angeli nec
homines facere possunt propria virtute, nisi secun-
„dum naturam eis determinatam. formas enim essen-
„tiales in materia producere non possunt: nisi ap-
„plicando activa passivis, et hoc dispositivè. Non enim
nisi author naturæ naturam potest mutare in essen-
„tia. Per orationes tamen et invocationes Christi et
sanctorum Deus per Angelos et sanctos miracula
facit. ut Petrus in sanatione Claudi et resuscitatio-
ne Tabithæ actorum 3. et 9. unde aliqua fiunt sup-
„ra naturam, quando natura non potest in ipsum opus
sive substantiam facti: ut virginem parere, mortui
suscitatio, divisio maris. aliqua fiunt præter natu-
„ram, quando natura potest in substantiam facti, sed
non in circumstantiam: sicut productio tot locustorum
ranarum et serpentum in ægypto per Moysen tam
subito, scilicet qualitatis, quantitatis aut temporis
circumstantia. Quædam contra naturam, quando natu-
„ra movet in contrarium ut gravis ascensio sursum.
de primo est etiam statio solis, et retrocessio, et ob-

„tenebratio ut scripturæ testantur Josue 10. tempo„
re Ezechiæ regis 4 Regum 20.

Propositio XI.

Potestas coercendi seu cogendi dæmones non cadit in aliquam creaturam nisi in Deum, aut in angelis bonis aut hominibus virtute Divina. Patet hoc pro„
„positio per dictum Dei Job. 41. Non est potestas super terram, quæ ei comparetur. et August: dicit. spiritus desertorum regitur per spiritum iustum. Etiam quia spiritualis creatura præeminet omni corporali crea„
„turæ nobilitate, dignitate ac potestate, nisi coercea„
„tur virtute Divina. ut Math: 10 et Lucæ 9. Convocatis duodecim discipulis dedit eis virtutem et potestatem super omnia dæmonia, et ut languores curarent. Et Marci ultimo. In nomine meo dæmonia eiicient. Ex illaq sequitur, quod nec per herbas, nec lapides, aut caracteres figuras aut verborum prolationes, aut per alia possunt cogi, ut venient aut dent ~~ipsa~~ responsa. sed quod aliquando taliter vocati veniunt aut dent^es^ responsa, voluntarie faciunt ad hos decipiendos. unde videmus communiter, quod coniuratores dæmo„
„num sunt homines miseri, bestiales, ebriosi, et quan„

„doque concubinarii, et malo vitæ. Cum tamen in Evan„gelio dicitur. Hoc genus dæmoniorum non ejicitur nisi oratione et jejunio. unde August: 21 de civitate Dei. Illiciuntur Dæmones per creaturas, quas non ipsi sed Deus condidit delectabilibus pro sua diversitate diversis, non ut animalia cibis, sed ut spiritus signis, quæ quibuscunque delectationibus congruunt per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, car„minum, rituum. Sed utrum liceat dæmones per ju„ramentum compellere? Ad hoc respondetur secundum sanctum Thomam. quæst: 90. quod adjurandi modus unus est per modum deprecationis vel inductionis ob reve„rentiam alicuius sacri, et hoc modo non licet dæmo„nes adjurare, quia hoc pertinet ad quandam benevolen„tiam et amicitiam, quæ non est habenda ad dæmones. Alia est adjuratio per modum compulsionis, et illa aliquando est licita, et aliquando illicita. dæmones enim in cursu huius vitæ nobis adversarii constitu„untur: non autem eorum actus nostræ dispositioni subduntur, sed Divinæ dispositioni et sanctorum An„gelorum sicut August: dicit lib: de Trinit: Possumus ergo dæmones adjurando per virtutem Divini nominis

Superstitionibus et Illusionibus eorundem

tanquam inimicos repellere ne nobis spiritualiter vel corporaliter noceant. Sicut dicitur Luce 9. Ego dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scor-piones et super omnem virtutem inimici, et nihil vobis nocebit. Non tamen licitum est eos adiurare ad aliquid ab eis addiscendum, vel etiam ad aliquid ab eis obtinendum. Quia hoc pertinet ad aliquam socie-tatem cum ipsis habendam: nisi forte ex speciali in-stinctu et revelatione Divina aliqui sancti ad ali-quos effectus Dæmonum uterentur operatione: sicut legitur de B. Jacobo: quod per dæmones fecit Hermo-genem ad se adduci. Nigromantici utuntur coniu-rationibus dæmonum ad aliquid addiscendum vel adipiscendum, quod omnino est illicitum. Unde Chri-sostomus super illud obmutesce et exi de homine. Salu-tiferum hoc nobis dogma dedit: ne credamus dæmonibus, quantumcunque denuntiant veritatem. Usus etiam Ecclesiæ habet ut per presbyteros infantes baptizandi prius exorzicentur. ubi fiunt coniurationes dæmonū et compulsiones ut exeant et per exorzistas qui sunt ad hoc ordinati: et aqua benedicitur et sal dominicis diebus ad repellendum dæmonum potestatem.

Nec tamen sequitur semper in omnibus coniurationi-
-bus optatus effectus, quod dæmones obediant: sicut
nec in discipulis Christi, qui tamen acceperant a Chri-
-sto potestatem Lucæ 9. Cuius causa est: qui requiritur
ad coniurantem dispositio: secundum quod Christus
dixit discipulis quærentibus eum cur non poterant
eiicere dæmonium? hoc genus dæmoniorum non eii-
-citur nisi in oratione et ieiunio. Unde raro ex-
-perimur aliquos dæmones per homines nostris tem-
-poribus eiectos propter dispositionem et indignita-
-tem. Per sanctos vero Patres prioribus temporibus
Scilicet Bernardum et alios scilicet S: Martinum
plures legimus curatos. Etiam hoc procedit ex
occulto Dei iudicio, quia liberandus non est dignus
liberari et amplius meretur puniri. Sic simili
modo adiuratio, quæ fit ad irrationales creaturas
dupliciter fit. uno modo per modum deprecationis
ad Deum directè quod pertinet ad eos qui miracula
divina invocatione faciunt. alio modo: per modum
compulsionis quæ refertur ad diffinitionem, qui
ad nocumentum nostrum utitur irrationabilibus crea-
-turis. Et talis modus iurandi pertinet ad exorcistas

Superstitionibus et illusionibus eorundem.

per quos dæmonum potestas excluditur ab irrationa„
„bilibus creaturis, et illi modi non iudicantur illiciti
propter nostram necessitatem et utilitatem bona inten„
„tione. Adiurare autem dæmones ab eis auxilium
implorando non licet. unde legimus quod Apostoli
Simon et Judas frater eius dicuntur adiurasse dracones
et eis precepisse, ut in desertum locum descenderent.
Ideo dicit Thomas in 2da 2dæ quæst: 90 art: 3. Adiu„
„ratio qua quis utitur ad irrationalem creaturam po„
„test intelligi dupliciter. uno modo ut adoratio referatur
ad creaturam irrationalem secundum se: tunc vanū
est eam adiurare: quia non intelligit verba ut in
serpentibus. alio modo ut referatur adiuratio ad
eum a quo irrationalis creatura regitur, movetur
scilicet ad Deum cuius dispositione omnia moventur.
Sic ergo per modum deprecationis ad Deum licita est,
et per modum compulsionis ad diabolum, qui permi„
„ssione divina utitur aliquibus irrationabilibus
creaturis ad nocendum hominibus. Non tamen
caret gravi peccato, qui ex curiositate et sine
necessitate aut utilitate coniurationes facit
super creaturas: quia contra divinū preceptum.

De Potestate Dæmonum, arte Magica,

Non recipias nomen Dei tui in vanum. sicut in con=
=iuratione serpentum. Sed quia de serpentibus et ani=
=malibus irrationabilibus stilus proferns se extendit
speculari aliquid de his non debet censeri inutile
propter causas noscendas in machinationibus dæmo=
=num, qui in serpentibus plura operantur: ut patet
in primo serpente in paradiso. Non est dubium dæmones
posse in qualibet re corporali habitare Deo permitten=
=te, sicut in porcis in Evangelio, et lupis: et per illam
hominibus nocere. Nec tamen illo bestia facta in
eis per dæmones intelligunt, cum careant ratione,
sed per dæmones eas compellentes ipsa faciunt: ut in
primo serpente qui ad Evam loquebatur et asina
balaam proprias voces non intellexerunt, quia in
talibus et similibus licet sint voces naturaliter
significativæ ut latratus canum gemitus infirmo=
=rum sibilus serpentum non tamen sunt in eis voces
ad placitum significantes ex Petro Hyspano saltem a se,
licet per dæmones per motum possunt formari. Ideo
dicimus ex philosophia Aristotelis quod omnis
homo a nativitate surdus etiam est mutus, quia
non potest percipere auditu voces sensitivas ad pla=

"citum instituentis. Cum igitur per ~~ipsas~~ istas bestias
aliquid virtute alterius agitur, quod naturam excedit
ut loqui, obstruere aures, invadere homines insolito
aut aliquid talium oportet quod aut virtute Divina
fiat per ministerium angelorum bonorum ut in asina
balaam, aut per fectos viros ad invocationes Dei et per
orationes. ut patet de viro Sancto Dei Propheta qui de iu-
"doa venerat ad corripiendum Regem Jeroboam, quem
cum Leo occidisset, post stetit, et custodivit tam corpus
prophetæ quam asinam Prophetæ nec comedit de eis.
3 Regum 13. aut hoc contingit virtute dæmonis, qui
talia per bestias fecit, ut in lupis et serpentibus. qui
cum incantationes fiunt super eos unam aurem ad
terram comprimunt, et aliam cauda obstruunt, ne
audiant vocem incantantis: prout dicit Augustinus
super psalmo 57. exponens illa verba dicit: furor il-
"lis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis
surdæ et obturantis aures suas: scilicet ne audiat vo-
"cem incantantis etc. hoc ergo puto fieri per serpentem
non propria naturali virtute, quæ non intelligit verba
incantantis, sed aliquo istorum modorum iam dictorum,
aut virtute verborum sacrorum prolatorum, quia etiam

De Potestate Dæmonum, arte Magica,

verbis sacris Deus in baptismo, in consecratione Eucharistiæ et aliis sacramentis tribuit virtutes aliquas et hoc a Deo fit principaliter. unde dicit S. Thomas 2.a 2.æ quæst: 96 art: 10: in solutione 2.di argumenti: quod in incantationibus serpentum vel quorumcunque animalium si respectus solum habeatur ad sacra verba et ad virtutem Dei, non erit illicitum talia facere, cum utilitas et necessitas requirit. Sed ple„ „rumque tales incantationes habent illicitas observan„ „tias, et per dæmones sortiuntur effectum, præcipue in serpentibus: quia serpens erat primum instrumentu dæmonis ad fallendum hominem. unde Augustinus dicit ubi supra: quod non laudatur res ipsa ubicunque datur similitudo in scripturis, sed tantum unde si„ „militudo trahitur. quasi diceret. Incantantio ser„ „pentum non est ideo licita, licet scriptura sacra nar„ „rat similitudinem, sed id laudatur, quod illa simili„ „tudo prætendit, scilicet prudentia: ut patet de iniquo iudice, et in evangelico et de villico iniquitatis.

favet huic veritati B. Augustinus 11 super genesim ad liter: dicentis: quod putantur audire et intelligere serpen„ „tes verba Marsorum, id est incantantium, ut eis in„

„Cantantibus plerumque prosiliant de latebris, etiam illa diabolica vis operatur, ad cognoscendam ubi„ „que Dei providentiam, quam rem cui rei natura„ „li ordine subiiciat: non quod serpens intelligat verba. Hoc enim non parva testatio est naturam primi„ „tus humanam serpentis seductam esse colloquio. gau„ „dent enim dæmones hanc sibi potestatem dari, ut ad in„ cantationes hominum serpentes moveant, et quo„ „libet modo fallant quos possunt. hoc autem per„ „mittuntur ad primi facti memoriam comendandam, quod sit eis quodam cum hoc genere familiaritas. hoc ille. fateor me vidisse homines tractantes ser„ „pentes manibus, et quasi ludentes cum eis, imo et cutes detrahentes, sine nocumento, et miratus sum de causa: et puto aliquam istarum trium fuisse causam, cur autem per dæmonem hoc fieri potest: Ideo, ut se alicuius fore potestatis demonstret, et homines decipiat, foveat, ut per eas hominibus nocere valeat. Et hoc accipiat lector benevolus salvo iudicio saniori, quod paratus sum semper auscultare.

Propositio XII

Ex quo sequitur alia propositio. Suspendere divi-
-na verba ad collum, aut secum portare aliquando est
licitum, aliquando illicitum, sicut et reliquias SS.
Patet hæc propositio per S. Thomam 2a 2æ quæst 96. art.
4. ubi distinguit: dicens. In omnibus incantationi-
-bus vel scripturis aut reliquiis suspensis aut de-
-portatis duo cavenda videntur. 1mo. Quid sit, quod
profertur, scribitur aut portatur. Quia si est aliquid
pertinens ad invocationem dæmonum, manifestum
est, quod est superstitiosum. similiter est cavendum,
si contineat aliqua nomina, ne sub illis aliquid illi-
-citum lateat, ut ait Chrisostomus: ut ~~et~~ nomina
hebraica. Est etiam cavendum, ne aliquid falsita-
-tis contineat: quia Deus non est testis falsitatis.
2do cavendum est, ne cum verbis sacris continuantur
aliqua vana: puta caracteres inscripti præter signum
crucis. aut si spes habeatur in modo scribendi, aut ligan-
-di, aut aliqua alia vanitate loci aut temporis,
quæ ad divinam reverentiam non pertinent: hæc
omnia sunt superstitiosa. alias autem est licitum
scilicet cum signo S. Crucis et Pater noster ~~vel~~

aut Evangelium Christi, aut Symbolum: prout habe„
„tur in decretis: 21 causa: cap: non liceat Christianis.
nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales
sunt, aliquas observationes aut incantationes liceat
attendere, nisi tantum cum symbolo divino, aut oratio„
„ne Dominica, ut tantum Deus inde honoretur. Sic
sanctorum reliquias licitum est portare simpliciter
ad honorem Dei et sanctorum absque vanitate: scili„
„cet non addendo vas triangulare aut figuras aut
caracteres: et sic doctores. sicut Joanes Chrisostomus
loquitur detestando et prohibendo et alij. Ex illo se„
„quitur quod verba ad curandum infirmitates, vel ad
benedicendum animalia ne à lupis commedantur,
aut vermibus rodantur. aut ad vulnerum sanatio„
„nem aut celationem, telorum extractionem, ad
sanguinis fluentis restrictionem, nec per orationem,
aut per Dei invocationem penitus sunt inefficacia,
et vana: sicut et herbæ et lapides, cum in se non ha„
„beant virtutem ad tales effectus, nisi forte ex virtu„
„te naturali: cum hoc non legamus per sanctos fa„
„ctum esse. igitur ex humana vel diabolica fictione
hoc debet credi fieri, aut casu aliquo aliquando factum

est, ut inde effectus secutus est scilicet fortunii vel infortunii. Postmodum cum homines inceperunt huius„ „modi observantiis suum animum implicare multa secundum huiusmodi observantias evenerunt per de„ „ceptiones dæmonum, ut his observationibus homines implicati curiosiores fierent: et se magis immiserant multiplicibus laqueis pernitiosi erroris. ut Augusti„ „nus dicit 2º de doctr: christiana: quod ad pacta cum dæ„ „monibus inita pertinent millia inanissimarum ob„ servationum: puta, si membrum aliquod salierit: si iun„ „ctim ambulantibus amicis lapis aut canis aut puer medius intervenerit. limen calcare cum ante domum suam aliquis transit: redire ad lectum, si quis se cal. „ciet, et sternutaverit: redire domum, si procedens offen„ „derit: cum festis a soricibus roditur plus timere superstitionem mali futuri, quam præsens damnū dolere. Et si monachus aut clericus occurrat venato„ „ribus putatur mala fortuna superventura per viam aut lepus. Ista et similia sunt quodam reli„ „quiæ Idolatriæ, cum non habeant in se causas na„ „turales talium effectuum: nec sunt signa a Deo in„ „stituta nec introducta ex auctoritate Divina, sed

Superstitionibus, et Illusionibus eorundem.

sunt ex vanitate humana cooperante dæmonum malitia, qui nituntur animas hominum huiusmodi vanitatibus implicare: sicut et cum observantur dies fausti et infausti: scilicet quod uno die maior fortuna arridet quam alio. de quo Paulus ad galat: 4 Dies observatis et menses, et tempora et annos: timeo, ne forte sine causa laboraverim in vobis. et illa pertinent ad divinationem, quæ fit per astra, secundum quæ diversificantur dies. Et in talibus et similibus incantationibus maligna suggestione cogitatum est ut quodam etiam verba maximam sanctitatem protendentia administrantur, et observationes auditui stupendas per incarnationem christi, per viscera misericordiæ Dei, per sanguineum sudorem, per vulnera Christi, aut quod apponatur Evangelium: In principio erat verbum, ieiunia: Et cum tot pater noster. hoc autem suggerunt latens venenum, dicentes: quod diaboli nullo modo possent pati ista sacratissima verba. Sed omnia ista fiunt ut ad Idolatriam trahant. unde Augusti: dicit in lib: de doctrina christiana. Et habetur in canone 26. causa. sciendum est. accipiunt dæmones plerumque potestatem et morbos immittere, et ipsum aerem ~~invitiando~~ vitiando morbidum reddere et perversis ~~[illegible]~~ atque amatoribus

terrenorum commodorum male facta suadere de quorũ moribus certi sunt, quod eis sint talia suadentibus consensuri.

Propositio XIIII

Licet cooperatione dæmonum mutationes quo ad sanitatem et infirmitatem tam hominum quam animalium fieri possunt: non tamen ideo licita est invocatio imploratio aut consultatio eorum ad aliquos effectus. Prima pars patet, quia possunt humores et qualitates mutare in hominibus. unde sequitur sanitas aut infirmitas, cum et medici per herbas hoc facere possunt. Et possunt homines torquere et ab afflictione cessare, quasi eos tunc dicerentur sanare. Sicut legitur in vita S. Bartholomæi de Astaroth dæmone exemplum de Romanis. ad cuius veritatem comprobandam narrat August: lib: 4 cap: 26: de civ: Dei hanc hystoriam. Erat quidam Romanus Titus latinus pater familias: cui dictum est in somnis, ut nunciaret senatui Romano, quod ludos turpissimos ab olim intermissos restaurarent. Ille vero iussa non fuit ausus facere sed distulit: secunda nocte iterum in somnis severius nunciare iussus est: quo negligente filium

Superstitionibus et Illusionibus eorundem.

suum de domo amisit. Alia nocte dictum est ei quod
maior pœna ei immineret, si non nunciaret. Cum
adhuc differret horribilem incidit morbum. Ille
vero hoc sentiens ad consilium amicorum infirmus
in strato deportatus est ad senatum: visiones nuncia,
, vit, Expositoque somnio mox recepit sanitatem et pedi,
, bus propriis ad propria remeavit. Tanto stupefactus
miraculo senatus, quadruplicata peccunia censuit
ludum execrabilissimum instaurare. Ecce operatio
dæmonis in huius sanitatem et infirmitatem. Pro
secunda parte propositionis est christus. Qui non est,
inquit mecum contra me est Lucæ 11. et Paulus. Quæ
conventio Christi ad belial? igitur dicitur satan ad,
versarius Christi. Et dicit Bonaventura 2° sententiarum.
Quicunque suscipit a Dæmone obsequium committit se
discrimini et peccat mortaliter Et Patet 4 Reg: 1 cap:
de Ochozia Rege per Eliam Correpto. Et licet quandoque
vera dicat: non tamen nisi ex intentione fallendi.
Et Thesauros occultos non ignorat, qui etiam per anti,
, Christum creduntur inveniendi. Et furem quandoque
prodit. Et futura pronuntiat: at quandoque certa ex cau,
, sis suis; quandoque incerta et falsa. Et si talia eveniunt,

non ideo familiaritas contrahenda est cum dæmonibus, et eorum dictis fides. Ideo dixit Christus dæmoni confiten-ti christum: obmutesce. ne scilicet si tibi credatur vera dicenti, etiam falsitati tuæ credatur. Luce 4. Maxime quia habemus sacram scripturam, Christum salvato-rem et orationes et sacramenta et alia remedia quibus omnibus nostris necessitatibus possumus occurrere. Et illi sic obsequiis dæmonum utentes incurrunt vitium Idolatriæ. Et licet forte aliqua possunt aquirere tamen animas suas diabolo tradiderunt. huc accedit illa rubrica ~~de f~~ in decretalibus lib: 4. de frigidis et male-ficiatis. super quo etiam doctores in Theologia diffuse tractant super 4 Sentent: de Matrimonio: Quod etiam dæmones tam virum quam mulierem possunt male-ficiare ne concipiant, ne cognosci aut cognoscere pos-sunt, propter frigiditatem, propter odium immissum et efficiuntur impotentes ad coeundum: de quo volo hic supersedere. Hæc omnia faciunt dæmones, ut dis-cordiam seminent, et charitatem scindant, et propter peccata hominum Deus ista permittit. nec mirum quod hoc dæmones possunt facere, quia et mulieres et vetulæ per herbas et potiones ista facere sciunt. Et tales peccat

mortaliter secundum iura: et si corpus seu foetus est vivificatus in utero et per potionem aut alio modo ante nativitatem occiditur in utero non est dubium quin talis si vir est dans consilium est homicida et irregularis, si mulier homicida est: per cap: sicut ex literarum: de homicidio volunt:

Propositio XIV.

Ex praecedenti propositione sequitur: quod observantia quoad scientiam aquirendam à daemonibus, quae dicitur ars notoria: est illicita, et imo repudianda simpliciter. Hac propositio ~~patet~~ probatur per sanctum Thomam 2ª 2ᵈ. quaest: 96 art: 1. Quia hoc ars utitur quibusdam ad scientiam aquirendam: quae secundum se non habent virtutem causandi scientiam, sicut in inspectione quarundam figurarum et prolatione quorundam ignotorum verborum, et aliis huius modi; quae non sunt causae scientiarum, sed sunt quaedam signa non à Deo instituta, ut signa sacramentalia: ideo sunt supervacua et per consequens pertinentia ad pacta, quaedam significationum cum daemonibus placita et confoederata. Item quia ars notoria non innititur aquisitioni scientiae per modum homini connaturalem: scilicet

ad inveniendo aut addiscendo: et ideo est inefficax, et exspectatur scientia à Dæmonibus per figuras Cara-„cteres et signa impertinentia. Certum est autem quod Salomoni Deus dedit sapientiam. 3 Reg: 3. et Apostolis Lucæ 21. Ego dabo vobis os et sapientiam cui non poterant resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Et id fit per spiritum sanctum: 1ª ad Corint: 12. Aliquando datur sermo sapientiæ etc. Et hoc fit per il-„luminationem intellectûs, et per novarum specierum infusionem, quæ per dæmones minimè fieri possunt: ut prius dictum est. unde nullus unquam per dæmo-„nes scientiam aquisivit. Legimus etiam tres pue-„ros in Babylonia percepisse à Deo scientiam, et disciplinam in omni libro et sapientia, qui abstinu-„erunt non secundum vanam ~~observantiam~~ abstin-„entiam observantiæ artis notoriæ, sed secundum auctoritatem legis Divinæ. discipuli autem artis notoriæ ieiunia et abstinentias superstitiosas ex-„ercent. Sapientia etiam et scientia de spiritu S. data est de utilibus ad Dei honorem et proximo-„rum salutem spectantibus; ut patet in Apostolis. Possunt tamen dæmones exprimere aliqua verba

Superstitionibus et illusionibus eorundem

per arreptitios et obsessos movendo linguas eorum
sicut et in Idolis; sed hoc non est per artem notoriam:
unde et per ora illiteratorum et laicorum auditi sunt
lingua latina locuti; quam tamen isti obsessi non in-
„telligere se fatentur cessante dæmone per eos loquen-
„te: sicut dictum est de asina Balaam per cujus os
Sanctus Angelus loquebatur. Nec tamen diffidendum
quod dæmones in hæreticis et perversis seu arrepti-
„tiis multa possunt ornatiora, facundiora, subtilio-
„ra loqui, quam in simplicibus et bonis, secundum na-
„turalem consuetudinem, quia species in phantasia
reservatas possunt ad memoriam reducere et conti-
„nuare et subtilius quam alias homo sua propria
virtute posset facere: et audaciam possunt immitte-
„re et timorem excludere. unde Wilhelmus Pari-
„siensis dicit: quod in nullo peccato homo datur ma-
„gis diabolo quam in hæresi, quia totaliter vitam
excludit. unde videmus quod dæmon impellit hæreti-
„cos, ut ad ignes audenter et gaudenter currunt: Et
quod spiritus S. in sanctis operatur, ut gaudenter
vadant pro fide ad supplicia: hoc facit malignus
spiritus in membris suis. unde dicit Augustinus.

De Potestate Dæmonum, arte Magica,

Maxima fortitudo est in arreptitiis, ut etiam catenas ferreas rumpant, et vix a multis teneri possunt, non virtute propria sed Dæmonis auxilio. Et legitur in speculo historiali, quod quidam hostis fidei tanta eloquentia verborum et subtilitate sententiarum contra fideles disputabat, quod nullus eum vincere posset: donec unus simplex divina virtute verbis simplicibus convicit eum. Sic etiam in quibusdam filiis superbiæ, abiecta virtute Humilitatis reperi-tur tanta resistentia innitentes proprio sensui, ut minime patiantur se vinci etiam a se maioribus et magnis viris approbatis, non in dictis suis amantes veritatem sed præsumtuosam victoriam aliorum dictis reprobatis singulares videri per iactantiam et contentiones sua dicta defendentes: secundum S. Hieronym: in hoc sapientes se arbitrantes si aliis de-trahant. Sicut enim adversarius noster diabolus circuit quærens quem devoret, sic tale membrum diaboli circuit aliorum dicta et facta ut eos ap-prehendat, et in hoc diabolo assimilantur. Si qui tamen essent tales ad hos ex charitate sermo hic dirigitur: ut morbum agnoscentes summum se errare

Superstitionibus et Illusionibus dæmonum
non dubitarentur, utilior enim est humilis ignoran,
,,tia, quam superba scientia: Quia secundum sententi,
,,am Jacobi non est ista sapientia desursum descendens
à Patre luminum, sed terrena, animalis, diabolica.
Quomodo hoc discerni valeat subdit. ubi Zelus et Conten,
,,tio, idest inconstantia, et omne opus pravum. Et pri,
,,us dixit de eadem. Quod si Zelum amarum habetis
et contentiones sunt in Cordibus vestris nolite gloria,
,,ri et mendaces esse adversus veritatem. Quomodo
autem vera sapientia debeat agnosci, subinfert. Quo autē
desursum est sapientia: primum quidem pudica est,
deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consenti,
,,ens, plena misericordia et fructibus bonis Jacobi 3.
Quod si in temporibus sola veritatis cognitio quæri,
,,tur, et cum mansuetudine suscipitur, quis potest re,
,,prehendere? imo vere laudandus censetur. Cogno,
,,scitur tamen veraciter, si in contradictione alterius
sine contentione et cum lenitate aliis salva ve,
,,ritate aquiescit. sicut vera campana per malle,
,,um in sono a lutea et depicta, non est dubium
agnoscitur.

De Potestate Dæmonum, Arte Magica,

Propositio XV.

Divinatio communiter in malo accipitur: semper est peccatum mortale. Patet ex lege Moysi Deuteron: 18. Cave ne imitare velis abominationes gentium illarum: nec inveniatur in te qui lustret filium suum, aut filiã ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur et observet somnia atq; auguria, nec sit maleficus, nec incantator: nec pythones consulat, nec Divinos, et quærat a mortuis veritatem: hæc omnia abominatur Dominus. Et secun, dum Thomam: Nomine Divinationis intelligitur quædam pronuntiatio futurorum. futura autem dupliciter pro, nosci possunt. uno quidem modo in suis causis. alio modo in se ipsis. Causæ autem futurorum tripliciter se habent. Quædam enim producunt ex necessitate et sem, per, suos effectus. Et huiusmodi effectus futuri per cer, titudinem pronosci et pronuntiari possunt ex conside, ratione suarum causarum, sicut Astronomi eclyp, ses pronuntiant ex motu planetarum tanquam ex cau, sis certis. Quædam verò causæ producunt suos effectus non ex necessitate et semper, sed ut in pluribus: raro tamen deficiunt. Et tales possunt pronosci ex coniectu, ra: sicut medici sanitates aut infirmitates: et Astro,

logi pluvias et siccitates. aliæ vero causæ se habent ad utrumlibet ut in potentiis rationabilibus quæ se habent ad opposita ex 9 Metaph: Et tales effectus vel etiam si qui effectus ut in paucioribus casu accidunt ex naturalibus causis, per considerationem causarum pronosci non possunt: quia eorum causæ non habent inclinationem determinatam ad huiusmodi effectus. Et ideo eiusmodi effectus pronosci non possunt, nisi in seipsis considerentur. Homines autem in seipsis huiusmodi effectus considerare possunt solum, dum sunt præsentes: Sicut homo videt Sortem currere et ambulare. Sed considerare huiusmodi in seipsis antequam fiant est Dei Proprium qui omnia futura in sua æternitate videt. unde Isaiæ 41. Annuntiate, quæ ventura sunt in futurum, et sciemus quia Dii estis vos. Qui ergo se talia pronoscere præsumpserit, quod Dei est sibi usurpat. unde secundum Isidorum: Divini, quasi Deo pleni dicuntur. simulant enim se plenos Divinitate, et astutia quadam fraudulentiæ hominibus futura coniectant. Divinatio ergo non dicitur, si quis pronuntiet ea, quæ ex necessitate eveniunt, vel ut in pluribus, quæ humana ratione pronosci possunt, neque etiam si quis futura alia contingentia Deo revelante

cognoscat. tunc enim non ipse divinat, id est quod divinu est facit, sed magis quod divinum est suscipit. tunc autem solum dicitur divinare, quando sibi indebito modo usur,
„pat pronuntiationem futurorum eventuum. quod semper est peccatum: ut dictum est. Et tales divina,
„tiones diabolicæ et artes magicæ frequentius fiunt per vetulas, insipientes ut dicit Wilhelmus Parisi,
„ensis: Quod pene omnes reliquiæ Idolatriæ inveniun,
„tur, et ad huc promovere non cessat à vilis Fid est vetularum fatuitate. Unde Paulus prohibet mulie,
„rem docere et loqui in ecclesia, quia faciliores im,
„pressionis sunt propter mollitiem complexionis, et minus vigent in ratione et intelligentia quam viri. Et boni angeli semper in specie virorum, num,
„quam mulierum legimus apparuisse: ut patet in anuntiatione B.V. Mariæ, Zachariæ, Manuæ, Danie,
„li. Mali vero in specie mulierum. ut patet in vitis Patrum. et Dæmones plus mulieribus apparent quam viris. ut patet in uxore Pylati: cui dæmon apparens prohibere conatus est passionem Christi. Et in Eva similiter. Etiam quia mulieres sunt persuasivæ in in suis sermonibus: ut patet in reconciliatione Absolo,

„nis ad David 2 Reg: 14. Sunt etiam persuasibiles, et mutabiles propter inconstantiam mentis: ideo le„viter cedunt. Sunt verò multiplices divinationum species, in quibus dæmones invocati solent prædicare futura. Aliquando præstigiosis quibusdam apparitio„nibus se auditui et aspectui hominum ingerentes et hæc species vocatur præstigium, ex eo quod oculi hominum perstringuntur. Quandoque per somnia: et hæc vocatur divinatio somniorum. Quandoque per mortuo„rum aliquorum apparitionem vel locutionem: et hoc vocatur nigromantia, quia ut dicit Isidorus: nigrum græcè mortuus, mantia verò divinatio interpreta„tur: quia quibusdam procantationibus, adhibito sanguine, videntur resuscitati mortui divinare, et ad interrogata respondere. Quandoque verò pronuntiant per homines vivos, ut in arreptitiis. et hoc est di„vinatio per pythones: ut dicit Isidorus: Quia python„es a Pythone Apolline sunt dicti: qui dicebatur esse author divinandi. Quandoque verò per figuras et signa, quæ in rebus inanimatis apparent, quæ quidem si appareant in aliquo corpore terrestri. scilicet in ligno, ferro, vel lapide polito, vocatur Geomantia.

Si autem in aqua, hydromantia, si autem in äere, aeromantia. si autem in igne Pyromantia. si autem in visceribus animalium immolatorum in aris dæ-monum, vocatur haruspicium. si ex motu et situ syderum, vocatur astrologia et pertinet ad astrologos, qui et genethliaci dicuntur, propter natalium dierum observantiam. Si verò per motus vel voces avium, seu quorumcunque animalium, sive per sternutatio-nes hominum vel membrorum saltus, hoc pertinet generaliter ad augurium, quod dicitur a garritu avium, sicut auspicium ab inspectione avium. Quorum primum pertinet ad aures secundum ad oculos. In avibus enim huiusmodi præcipuè considerari solent. Si vero per verba hominum aliquis futura prætendit cognoscere hoc vocatur omen. Et sicut Valerius Maximus dicit, omnium observatio aliquo contractu religioni annexa est, quoniam non fortuito motu, sed Divina providen-tia constare creditur: quo fecit, ut romanis deliberan-tibus, utrum ad alium locum migrarent, forte eodem tem-pore centurio quidam exclamavit: signifer statue signum, hic optimè manebimus. Quam vocem audi-tam pro omine acceperunt transeundi consilium omittentes.

Superstitionibus, et Illusionibus eorundem.

Item consideratio ex lineamentis manus, dicitur Chi-romantia: a chiros quod græcè dicitur manus. Divinatio verò ex quibusdam signis in spatula alicuius manûs apparentibus, spatulamantia vocatur. Divinatio autem per puncta aut protractionem punctorum pertinet ad artem geomantiæ, sive per considerationem figurarum quæ proveniunt ex plumbo liquefacto in aquam projecto, sive ex Schedulis scriptis vel non scriptis in occulto repositis, dum consideratur quid quisquam accipiat, vel etiam ex festucis inæqualibus propositis, quis maiorem vel minorem accipiat, vel taxillorum projectione, quis plura puncta projiciat, vel etiam dum consideratur, quid apperienti librum occurrat, quæ omnia sortium nomen habent. et licet scriptura sacra per mulierem Pythonissam dicit resuscitatum samuelem 1 Reg: 28. non tamen ideo licet consulere Pythones. nam ut dicit Augustinus ad simplicianum. Non est absurdu dicere, aliqua dispensatione permissum fuisse, ut non dominante arte magica, vel potentia, sed dispensatione occulta, quæ Pythonissam et Saulem latebat, se ostenderet spiritus justi aspectibus Regis, divina eum sententia percussurus. vel verius: Non vere spiritus

Samuelis a requie sua excitatus est, sed aliquod phan-
tasma, et illusio imaginaria, diaboli machinationi-
bus facta: quam scriptura samuelem appellat, sicut
solent imagines rerum suarum nominibus appellari.
Unde pro nulla temporali utilitate debet deperire
salus animæ, quæ perit in invocationibus dæmonum
sive per furtivi inventionem, sive alio quocunque
modo, etiam per thesaurorum inventionem, ut elee-
mosynæ dentur, aut Ecclesiæ fundentur: nisi hoc
constaret fieri divina revelatione: cum non sint
facienda mala, ut eveniant bona. Et Deus falsitate
et deceptione dæmonum non indiget, sicut nec suo
mendacio.

Propositio XVI.

Prænosticatio futurorum effectuum per astra, stellas
et cursum Planetarum, seu motus corporum cœlestiū
aliquando est licita, aliquando illicita. hoc est senten-
tia S. Thomæ 2a 2æ quæst: 95. art: 5. et Probatur: quia
in his effectibus, quæ de necessita~~libus~~ ex causis istorū
eveniunt, certum est, quod possint pronosci: sicut
astronomi pronuntiant Eclypses futuras: et ex iride
pronosci potest secutura serenitas, quando eius causa est.

Superstitionibus et illusionibus eorundem.

et hoc illicitum non est. In aliis verò futuris contingen„
„tibus ad utrumlibet, ~~ut~~ ubi potest fieri et non fieri,
ut in entibus, per accidens non potest fieri certa præ„
„cognitio futurorum ex inspectione astrorum. Nec
corpora cœlestia possunt agere in liberum arbitrium,
directè imprimendo aliquid, cum intellectus non sit
actus corporis organici. Possunt tamen corpora cœ„
„lestia ad hoc dispositive inclinare in quantum impri„
„munt in corpus humanum, et per consequens in vires sen„
„sitivas, quæ sunt actus corporalium organorum, quæ incli„
„nant ad humanos actus. Quia tamen ~~cum~~ vires sensitivæ obe„
„diunt rationi ut patet in 3°. de anima et 1° Ethicorum.
Nulla necessitas ex hoc libero arbitrio imponitur, sed
contra inclinationem cœlestium corporum homo potest
per rationem operari. Si quis vero consideratione astro„
„rum utatur ad præcognoscendos futuros casuales, vel
fortuitos eventus, aut etiam ad cognoscendum per cer„
„titudinem futura opera hominum, procedit hoc ex
falsa et vana opinione. Et sic operatio dæmonis se im„
„miscet: unde erit superstitiosa et omnino illicita.
Si vero utatur quis consideratione astrorum ad cog„
„noscendum futura, quæ ex cœlestibus corporibus

causantur ut scilicet siccitates pluvias etc: non erit
illicita, nec superstitiosa. licet sæpius fallit propter
alias causas occurrentes. Sicut etiam in aliis rebus
in quibus influunt corpora cœlestia: ut in sudatione
aurium asinorum et madefactione marmorum præcog-
noscuntur pluviæ. Sed quod astrologi frequenter vera
pronuntiant ex consideratione astrorum, hoc uno
modo contingit, quia homines communiter passiones
corporales sequuntur: et ideo actus eorum disponuntur
ut plurimum, secundum dispositionem corporum cœlestium.
Pauci autem sunt, scilicet soli sapientes, qui per rationem
huiusmodi inclinationes moderantur. Et ideo astrolo-
gi in multis vera pronuntiant, maximè in communibus
eventibus, qui dependunt ex multitudine: quia stulto-
rum infinitus est numerus. Alio modo propter dæmones
se immiscentes unde august: 2° super genes: ad litteram
dicit: fatendum est quando à mathematicis vera dicun-
tur, instinctu quodam occultissimo dici, quem nesci-
entes humanæ mentes, patiuntur: quod tamen ad deci-
piendos homines fit spirituum immundorum ~~operatio-
ne~~ et seductorum operatione, qui quædam vera de re-
bus temporalibus nosse permittuntur. unde concludit:

Superstitionibus et Illusionibus eorundem.

Quapropter bono Christiano sive Mathematici, sive qui-
libet impie divinantium et maximè dicentes vera,
cavendi sunt ne consortio dæmoniorum animam de-
ceptam pacto quodam societatis irretiant. Credendum
tamen est quod per influentiam astrorum, corporum
cœlestium in infantibus et eorum corporibus plures
fiunt dispositiones et inclinationes ad qualitates quan-
doque nocivas cum naturalis ratio in talibus sit sopita,
quas pueri postea sequuntur, si non compescantur. Sicut
videmus in terris et sub terra plura ex influentiis
generari in uno loco magis quam in alio, ut aurum
plumbum, argentum, sulphur etiam vinum, triticum,
et alia: Et diuturnioris vitæ esse homines in uno loco
quam in alio: quia dicit Philosophus 2° topic: quod
bonum erat in terra illa scilicet tali insula occidere
parentes propter nimis longævam ætatem ex influ-
entia cœlesti in tali loco. Ideo dispositivè et inclina-
tivè possunt corpora cœlestia agere in corporibus
hominum et sensibus, non tamen ex necessitate, ex
qua necessitate agunt in elementis, si non superve-
nit aliud impedimentum. Sed in ratione utentibus
non agunt ex necessitate: Quia dicunt Astrologi quod

sapiens homo dominabitur astris: in quantum dominatur suis passionibus. Neque etiam dispositio corporum cœlestium semper eodem modo agit in rebus inferioribus, sed secundum diversas qualitates, et circumstantias, sicut distantia loci variat effectus: quia sol non eundem habet in Dacia effectum quem habet in Æthiopia. Ita grossities materiæ, frigidas, caliditas et alia dispositio impedire potest coelestis corporis effectum. Neque actiones humanæ aut dispositiones actium constellationibus subduntur de necessitate, quod apud theologos fatum solet nuncupari. ut v.g. secundum gregorium in homilia diei Epiphaniæ: si quis sub signo libræ nascentur trapezetæ officium sortiuntur: aut sub aquario piscatoris officium, et sic de aliis: quod secundum gregorium ~~...~~ loco citato: fatum esse negat: et per consequens ordinatio humanorum actuum, quorum principium est voluntas soli Deo attribui debet, unde omnia Divinæ providentiæ subduntur, non constellationibus cœlestibus. de quo fato Thomas tractat 1 Parte: quæst 116. Boetius diffinit fatum 4 de consolatione: est inhærens rebus mobilibus dispositio: per quam Providentia

suis quasque nectit ordinibus. licèt in malo aliqui solent hoc nomine uti: ideo prohibetur ne hoc nomine communiter utamur: secundum August: 5 de civit: Dei.

Propositio XVII.

Prænosticationes futurorum eventuum ex garritu avium, aut divinatio ex eis aliquando potest esse licita aliquando illicita: Et hoc vocatur augurium: propter quod enim solet in malo accipi: quia dicitur deteronomio 18. Non inveniatur in te qui observet auguria. Probatur hæc propositio quoad 1mam partem: inquantum tales garritus sunt effectus aliquarũ causarum, qui etiam sunt causantes vel præcognoscentes futuros eventus. Causa autem brutorum animalium est instinctus quidam, quo moventur motu naturæ. Non enim habent dominium sui actus. Hic autem instinctus potest ex duplici causa procedere. uno quidẽ modo, ex causa corporali. Cum enim bruta animalia non habeant, nisi animam sensitivam, cuius omnes potentiæ sunt actus corporalium organorum, subiacet eorum anima dispositioni continentium corporum et primordialiter cœlestium. Et ideo nihil prohibet aliquas eorum operationes esse futurorum signa,

inquantum conformantur dispositionibus corporum cœlestium, et aëris continentis, ex quibus proveniunt aliqui futuri eventus: sicut sunt immutationes, quæ fiunt per pluvias et ventos: Et sic possunt esse signa futurorum eventuum per naturalem instinctu~~nem~~ ad ea quæ eorum vitæ sunt necessaria: ut ranarum coaxatio, quando sentiunt pluviam supervenientem, quæ est in eis consequens. alio modo instinctus huiusmodi causantur ex causa spirituali scilicet ex Deo: ut patet ex ~~et~~ columba super Christum in baptismo descendente, et in corvo, qui pavit Eliam, et in Cete qui evomuit et eiecit Jonam de ventre suo ad aridam. ~~tanquam~~ et isto sunt licita pronosticationes, scilicet ex instinctu naturali tanquam signa et effectus, vel ex divino instinctu. Sed quoad secundam partem patet propositio: quia quandoque huiusmodi operationes brutorum fiunt per instinctum dæmonum ad implicandas animas variis opinionibus, ut credatur in talibus esse aliquid Divinum, et honorentur bruta, et fides eis adhibeatur, et minuitur per hoc fides ad Deum, et multi errores fiunt per hoc per vetulas et alios fatuos.

Superstitionibus et illusionibus eorundem.

Et tales pronosticationes utique erunt illicitæ. Et eadem ratio videtur esse de omnibus aliis huiusmo„di, præterquam de ominibus, quia verba humana, quæ accipiuntur pro omine, non subduntur dispositioni stellarum. Disponuntur tamen secundum Divinam providentiam, et quandoque secundum dæmonum operationem. Sic legitur in vita B. Gregorii: quod per saltum locustæ super libro quem legebat cognovit non esse Dei voluntatem, ut se ad Angliam pro eorum conversione transferret, sed staret in loco: et mox lite„ræ apostolicæ sibi præsentatæ fuerunt, ut ad Romã reverteretur, ante paratum suum: et hoc inspiratio„ne Divina. Recolo me etiam audivisse a quodam gra„vi et maturo viro, quod quodam tempore cum in domo sua esset, et faceret quidpiam operis necessarii, quod„dam avis nomine pica extra domum tantum strepitũ cum rostro ad parietem faciens ut diceret famulo suo, quod illam avem compesceret, quia impedimentũ sibi præstaret: tunc dixit ei famulus. Domine iste avis boni nuntii est baiula: quia hodie eveniunt vo„bis optima nova. Et ita evenit. Nam eodem die lite„ræ cuiusdam magni regis, mihi noti, erant ei præsentatæ

De Superstitionibus et Illusionibus Dæmonum

per quas vocabatur ad magnam Prælaturam. Et hoc utique Divino aut dæmoniaco instinctu creditur factum tam in ave quam in interprætante. Sic ergo dicendum: quod omnis huius modi divinatio si ~~se~~ extendatur ultra illud ad quod potest pertingere secundum ordinem naturæ, vel Divinæ Providentiæ, est superstitiosa et illicita. Sed si obiiceretur de S. Joseph: qui fratribus suis dixit: an ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia? gen: 44. hoc secundum August: dixit ioco non serio, referens forte hoc ad illud, quod vulgus de eo opinabatur. Item Jeremiæ 8 dicitur. Milvus in cælo cognovit tempus suum: etc. hoc dicit propheta ex naturali instinctu: puta, si quis ex hoc, quod cornicula frequenter crocitat, prædicat pluviam cito esse futuram. Gedeon etiam ut dicitur Judicum 7. usus fuit omine, ex hoc quod audivit recitationem somnij et eius interpretationem. Et Heliezer servus Abrahæ genes: 24. qui attendit verba puellæ, oratione præmissa ad Deum: ~~et accepit ea pro omine~~ Hi receperunt ea pro omine ex Divina providentia ordinata ad ipsorum instructionem et consolationem.

De superstitionibus et illusionibus eorundem.

Propositio XVIII.

Praenosticatio futurorum eventuum, quae fit per somnia quandoque est licita, quandoque superstitiosa et illicita. Nam si quis utatur somniis ad procognoscenda futura, secundum quod somnia procedunt ex revelatione Divina: Sicut de Pharaonis somnio: genes: 41. et Nabuchodonosor Daniel 2. et ~~cap~~ 4. et ex causa naturali intrinseca et extrinseca: quantum potest se talis virtus extendere: non erit illicitum. Si autem huiusmodi Divinatio causetur ex revelatione Daemonum cum quibus pacta habent expressa, quia ad hoc invocantur, vel tacita, quia huiusmodi Divinatio extenditur ad quod se non potest extendere, erit illicita et superstitiosa. De causis igitur somniorum secundum Thomam 2ª 2ª quaest: 95 art: 6. sciendum, quod quandoque est causa interior, quandoque exterior. Interior causa est duplex. una quidem animalis: inquantum scilicet ea occurrunt hominis phantasiae in dormiendo, circa quae eius cogitatio, et affectio fuit immoderata in vigilando. Et talis causa somniorum non est causa futurorum eventuum, unde talia somnia per accidens se habent ad futuros eventus.

Et si quandoque simul concurrant, erit casuale. Quandoque verò causa intrinseca somniorum est corporalis. Nam ex interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in phantasia conveniens tali dispositioni, sicut homini in quo abundant frigidi humores, occurrunt in somniis, quod sit vel in aqua, vel nive. Et propter hoc medici dicunt esse intendendum somniis, ad cognoscendum interiores dispositiones. Causa autem somniorum exterior similiter est duplex, scilicet corporalis et spiritualis. Corporalis quidem in quantum imaginatio dormientis immutatur vel ab aëre continenti, vel ex impressione cœlestis corporis, ut sic dormienti aliqua phantasia appareant conformes cœlestium dispositionum. Spiritualis autem causa est quandoque à Deo, qui ministerio Angelorum aliqua hominibus revelat in somniis, secundum Numer: 12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Quandoque verò operatione dæmonum aliquæ phantasiæ dormientibus apparent ex quibus quandoque aliqua futura revelant his

qui cum eis pacta habent illicita. Cum igitur multæ sunt causæ somniorum, et non potest ha„„beri certa cognitio de aliqua causa, quæ sit: incer„„tum est, an debeat eis fides adhiberi. unde vetulæ in hoc multum errant, et errare alios faciunt: nec facilè credendum est. unde Samueli puero à Deo tribus vicibus vocatio facta fuit, antequam fides ei adhibita fuit. 1: Reg: 3

Propositio XIX.

Per sortes futuros eventus cognoscere quandoque est licitum, quandoque illicitum. hanc propositionem probat sanctus Thomas secunda secundæ quæst: 96 art: octavo: dicens. Sortes propriè dicuntur cum aliquid fit, ut eius eventu considerato aliquid occultum innotescat. Et quidem si quæratur iudicio sortium, quid cui sit adhibendum, sive illud sit res pos„„sessa, sive sit honor, seu dignitas seu poena, aut actio aliqua, vocatur sors divisoria. si autem in„quiratur quid agere oporteat, vocatur sors consul„„toria. Si vero quæratur, quid sit futurum, voca„„tur sors divinatoria. actus autem hominum qui requiruntur ad sortes: non subduntur dispositioni

~~dispo~~ stellarum, nec etiam eventus ipsorum. Unde si quis ea intentione sortibus utatur, quasi hujusmodi actus humani, qui requiruntur ad sortes secundum dispositionem stellarum sortiantur effectum, vana et falsa est opinio, et per consequens non carens dæmonum ingestione, ex quo talis divinatio erit superstitiosa et illicita. Hac autem causa remota necesse est, quod sortialium actuum exspectetur eventus, vel ex fortuna, vel ex aliqua spirituali causa dirigente. Et siquidem ex fortuna, quod locum habere potest solum in divisoria sorte non videtur habere vitium, nisi forte vanitatis: ut si aliqui non valentes aliquid concorditer dividere velint sortibus uti ad divisionem quasi fortunæ exponentes quis quam partem accipiat: nec est illicitum. si vero ex spirituali causa exspectetur sortium iudicium: quandoque quidem expectatur a dæmonibus: ut patet Ezechielis 21. quod Rex Babylonis stetit in bivio: in capite duarum viarum, divinationem quærens, commiscens sagittas ~~suas~~ interrogavit idola, exta consuluit: et tales sunt illicitæ et prohibentur a canone 26 cau: q: 5

Superstitionibus et Illusionibus eorundem.

Quandoque vero expectatur a Deo, secundum illud Proverb: 16. Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur. Et talis sors secundum se non est malum secundum August: Potest tamen in hoc quis quadrupliciter peccatum incidere. 1mo ubi nulla est necessitas. hoc enim videtur ad Dei tentationem pertinere. 2do si absque reverentia quis talibus utatur. unde leg~~imus~~untur Apostoli in electione Mathiæ collecto fratrum numero et precibus ad Deum fusis sortibus usi. 3tio si divina oracula ad terrena negotia convertantur ut dicit Augustinus. 4to Si in electionibus ecclesiasticis, quæ ex inspiratione spiritus sancti fieri debent, aliqui sortibus utantur. Ideo, licet Mathias ante Penthecostem, quando nondum plenitudo spiritus sancti erat data, electus sorte fuit, postea tamen septem Diaconi electione discipulorum sunt ordinati. Secus autem est in ~~talibus~~ temp: dignitatibus temporalibus, sicut et in temporalium rerum divisione, in quibus homines pluries sortibus utuntur. unde si necessitas vigeat licitum est cum debita reverentia sortibus divinum iudicium implorare, sicut Augustinus dicit, quod tempore per-

„secutionis liceat uti sortibus, quis fugiat et quis maneat, ne morte omnium destituatur ecclesia. Et in primo de doctrina christ: dicit: si duo occurre„ „rent æquè egentes, si non posses ambobus dare, quod petunt: nil iustius faceres quam sorte legeres, cui dandum esset. Legimus David singulare cer„ „tamen intrasse cum goliath: et tale certamen pu„ „gilum dicitur Monomachia: id est, singulare certam„ „en. hoc fecisse Divino instinctu certe est, propter cultum Dei, quem ille goliath exprobrabat. Et ibi miraculosus effectus fuit exspectatus, quia valdè impares erant pugiles. Sed non est aliis trahendum in exemplum: Ideo hoc a iure graviter prohibetur. In iudicio ferri candentis vel aquæ ferventis fit ordinatio ad alicuius peccati occulti inquisitionem per aliquod, quod ab homine fit: ideo illicitum est, quia ordi„ „natur ad iudicandum occulta, quæ Divino iudicio reservantur. Et quia huiusmodi iudicium non est Divina authoritate sancitum: et ideo a iure est prohibitum. 2. q: 5. Nam occulta et incognita soli Deo relinquenda sunt: qui solus novit corda filiorum hominum. Spontanea autem confessione vel testi„ um probatione publica delicta habito pro oculis

Superstitionibus et Illusionibus eorundem.

Dei timore concessa sunt Ecclesiæ iudicare, non du„
„ello aut ferro candenti vel aqua ferventi.

Ex quibus præmissis propositionibus, "si bene consideren„
„tur, multæ et pene omnes fallaciæ dæmonum, et
causæ inde procedentes possunt discerni. Et quia cau„
„sæ istæ tam naturales, occultæ, quam illusiones frau„
„dulentæ à solis sapientibus et expertis in naturali
Philosophia et S. Theologia possunt cognosci: ideo
vulgares et idiotæ sæpius decipiuntur et cadunt
in idolatriam. Unde etiam Augustinus 6. de civit:
Dei: Introducit Senecam dicentem: Sic, inquit, adora„
„bimus, ut et meminerimus huius modi cultum magis
ad morem quam ad rem pertinere: quasi diceret: mos
servanda est, res corrigenda. Et in lib: de vera reli„
„gione August: dicit: non esse religionem a Philo„
„sophis quærendam, qui eadem sacra recipiebant cum
populis, et de suorum deorum natura ac summo bono
diversas contrariasque sententias in Scholis perso„
„nabant. Quod etiam quidam hæretici dicunt non esse
periculosum, si quis persecutionis tempore deprehen„
„sus exterius idola colat: dum tamen fidem servet
in mente. Sed hoc est falsum secundum illud Apostoli:

De Potestate Dæmonum, Arte Magica

Corde creditur ad Justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. ad Rom: 10. unde dicit Augustinus lib 6. de civit: Dei: quod eo damnabilius Seneca idola colebat, quo illa quæ mendaciter agebat, sic ageret ut eum populus veraciter agere existimaret: hoc Thomas 2a 2æ. quæst 64. art: 2. in responsione principali.

De Revelationibus Dæmonum & Prophetiis Hominum Perversorum.

Non inconvenienter occurrit considerare circa præsentem materiam de revelationibus occultorum sive a Deo sive ab angelis bonis, vel malis; sive a malis hominibus vel bonis factis. Compellimur enim ex auctoritate sacræ scripturæ fateri, hæc omnia fieri posse aut Deo donante aut permittente: sed de modo aut causa fiendi præsentis interest speculari. Non enim latet perverso Pharaoni Regi Egypti futura esse revelata de septem et septem annis fertilitatis et sterilitatis: genes: 41. Item Nabuchodonosor Regi Babylonis revelatio prophetica facta est de quatuor Monarchiis, et Regno christi perpetuo: Daniel: 2. et alia de seipso eiusdem 4. Item Balaam ariolus et Idolatra, quam multa vera prodixit,

Superstitionibus et Illusionibus eorundem.

testis est historia lib: Numer: 22.23.24. capit:
Item de Pythonissa illa tempore Saul Regis: 1 Reg: 28.
quo prodixit Sauli exitum belli. Sed de responsis
per idola datis patet 4 Reg: 1. Quod ochozias Rex Israel
Beelzebub Deum Accaron pro responso suo ægritudi,
,,nis consulere voluit: et in aliis pluribus locis S:
Scripturæ. Pro istis igitur sciendum, quod duplex
solet distingui gratia quantum ad præsens: scilicet
gratis data et gratum faciens. Prima est donum S.
Spiritûs liberaliter homini concessum ad utilita,,
,,tem aliorum, habilitans hominem ad aliquod mini,,
,,sterium seu officium exequendum in ecclesia: se,,
,,cundum illud Pauli: unicuique datur manifestatio
spiritus ad utilitatem. Et mox enumerat novem
tales gratias, scilicet sapientia, scientia, fides,
gratia sanitatum, operatio virtutum, prophetia,
discretio spirituum, genera linguarum, interpretatio
sermonum. Et subdit: hæc omnia operatur unus atque
idem spiritus dividens singulis prout vult 1. ad Cor:
12. gratia vero gratum faciens est donum Dei homi,,
,,ni datum per quod animam hominis Deo unitur per
charitatem. Prima datur bonis et malis. De bonis

De Potestate Dæmonum, arte Magica,

Constat tam de Apostolis quam prophetis. de malis vero notum est ex prædicto scilicet Balaam: Et te,
„statur in evangelio Math: 7. Quod reprobi dicturi sunt in die iudicij. Domine nonne in nomine tuo prophe„tavimus, et in nomine tuo dæmonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Sed secunda gratia non nisi bonis datur, et per ipsam fit iustificatio impii: et est fides quæ per dilectio„nem operatur et virtutes scilicet patientia, humi„litas, mansuetudo et octo beatitudines, quas hic christus enumerat Math: 5. Beati pauperes spiritu. Constat igitur quod revelationes isto Prophetica fu„turorum contingentium sunt de primis gratiis, et non de secundis. nec sunt mansivæ in his quibus dantur, nisi secundum Dei illuminationem, quando, et quomodo, et quantum dignatur intellectum hominis illuminare. Nam secundum Cassiodorum prophetia est inspiratio vel revelatio Divina rerum eventus immobili veritate denuntians. Ideo Prophetia per„tinet ad cognitionem quorundam, quæ sunt remota à cog„nitione humana. Ideo propheta dicitur a pro quod est procul, et phanos quod est apparitio. Sed secundum Isidorum

Superstitionibus et Illusionibus eorundem.

appellantur videntes in veteri testamento: quia vi„
„debant ea, quæ cæteri non videbant. Et gentilitas eos
appellebat vates à vi mentis. In Prophetia autem
formaliter est lumen Divinum a quo possunt omnia
cognosci tam Divina quam humana, tam spiritua„
„lia quam corporalia, tam præsentia, præterita,
quam futura, cum hæc omnia Divino lumini subji„
„ciantur. Et sicut dicit sanctus Thomas 2a 2æ quæst:
172. art: 2. quod hæc revelatio prophetica fit mini„
„sterio angelorum bonorum: secundum quod dicit Dio„
„nysius 4. Cap: Cœlest: Hierarchiæ. Divinas visiones glo„
„riosi Patres nostri adepti sunt per medias cœlestes vir„
„tutes. Et ubi idem dicit: Deus infima per media disponit.
licet attribuantur Deo immediate tanquam principali
agenti, et angeli sunt quasi medij inter Deum et homi„
„nes: et actio non attribuitur instrumento, sed actori
principali: igitur dicitur Divina revelatio et non An„
„gelica. Ex isto igitur sequitur quod bonitas morum
sive vitæ sanctitas non requiritur de necessitate ad ta„
„lem revelationem percipiendam propheticam, quia
potest stare sine charitate, et pertinet directe ad intel„
„lectûs illuminationem non ad charitatis affectionem.

Intellectus autem illuminatio præcedit quoad effi-
caciam operationis voluntatem tanquam famulus
regem sibi ministrans. Etiam qui gratia datur
propter aliorum utilitatem, ut dictum est. gratia
vero gratum faciens secundum Augustinum lib 15.
de ~~civit. Dei~~ trinitate: datur, ut anima hominis Deo per chari-
tatem coniungatur. unde dicit. Nisi impartiatur cuique
spiritus sanctus, ut Dei et proximi eum ~~faciat~~ effici-
at amatorem, ille a sinistra non transfertur in dex-
tram. Impeditur tamen talis revelatio prophetica per
impetus passionum et per occupationem terrenorum:
quia requiritur maxima mentis elevatio ad spiritu-
alium contemplationem, quo impeditur per vehemen-
tiam passionum. Ideo filii Prophetarum habitabant
iuxta fluenta Jordanis. Et dicit Hieronymus super
Matthæum. Prophetare vel virtutes facere et dæmonia
eiicere interdum non est eius meriti qui operatur, sed
vel invocatio nominis Christi hoc agit, vel ob condem-
nationem eorum qui invocant, vel utilitatem eorum
qui vident et audiunt. Exinde ~~colligere~~ eligere possumus
causas quare Deus perversis revelat sua secreta: sicut
de Pharaone, Nabuchodonosor et Balaam: similiter

Superstitionibus et illusionibus eorundem

et Caiphæ Pontifici Joan: 11. Prima ratio est secundum Thomam 2a2æ quæst: 173. art 6. quia Deus utitur ma„lis ad utilitatem bonorum. Ideo per Pharaonem, Na„buchodonosor et Caipham revelavit vera sicut per pro„phetas dæmonum. 2° ut credibilior fiat veritas, quæ etiam ex adversariis testimonium habet. 3° ut dum ho„mines talibus credunt per eorum dicta magis ad verita„tem inducantur. unde et sibyllæ multa vera de Christo prædixerunt. 4°: ut dum bonis non adest spiritus pro„phetiæ, non trahantur ad affectandum eum, cum et perversis non denegatur: et stent contenti in collatione gratiæ gratum facientis, quam nulli reprobi possunt habere. Ex promissis elicitur etiam: quod Prophetæ Dæmonum possint vera prædicere, et quod Prophetia possit à Dæmonibus haberi. sicut 3 Reg: 18: de Prophe„tis Achaz tricentis quinquaginta qui comedebant de mensa Jezabel, qui erant Prophetæ Baal. Et probatur per sanctum Thomam ibidem. Quia intellectus angeli„cus sive bonorum sive malorum est super intellectum humanum quantum ad cognitionem secundum ordinem naturæ. unde Dæmones naturali cognitione cognoscunt quædam quæ sunt remota ab omni cognitione, et ista

possunt hominibus revelare. Illa tamen prophetia Dæmonum aut hominum perversorum potest solum dici prophetia secundum quid. Simpliciter autem, et maxime remota sunt quæ solus Deus cognoscit: Et ideo Prophetia proprie et simpliciter, fit per solam Divinã revelationem. unde in scripturis sanctis non nominantur simpliciter prophetæ, quibus aliquid a Dæmonibus revelatur, sed cum aliqua adiectione: scilicet Prophetæ idolorum aut falsi. unde August: 12 super genes: ad litteram. Cum malus malus spiritus arripit hominem in hoc scilicet visa, aut dæmoniacos facit, aut arreptitios aut falsos Prophetas. Illa autem revelatio Dæmonum non fit per illuminationẽ intellectus, quam illi facere aut nolunt aut non possunt, sed per aliquam imaginariam visionem, aut etiam sensibiliter colloquendo in assumpto corpore: aut per alium dæmoniacum. Et quando vera prædicunt aut instruunt prophetas falsos ad vera prædicanda secundum Thomam fit quandoque secundum virtutem propriæ naturæ, cuius author est spiritus sanctus, quandoque etiam ex revelatione bonorum spirituum ut patet per Augustinum 2 super genes: ad litteram.

Superstitionibus et Illusionibus eorundem.

Et sic etiam illud verum, quod à Daemonibus aut daemo-
"niacis dicitur, à spiritu S. est. secundum Ambrosium.
omne verum a quocunque dicatur à spiritu sancto est.
Sed quomodo discernitur prophetia Demonum a pro-
"phetia Divina? Respondetur secundum Chrysostomū
super Math: Quod quidam prophetant in spiritu dia-
" boli: quales sunt divinatores. sed sic discernuntur,
quoniam diabolus interdum falsum dicit, Spiritus
autem sanctus nunquam. unde dicitur Deuteron: 18.
Quod si tacita cogitatione responderis: Quomodo pos-
"sum intelligere verbum quod Dominus non est locutus?
hoc habebis signum. Quod in nomine Domini prophe-
"ta ille prædixerit, et non evenerit hoc Dominus non
est locutus. Sunt ergo duo signa falsi prophetæ. 1mum
iam dictum est: ut si non evenerit, quod prædixit.
2dum: etiam si evenerit, quod prædixit, sed per illud
intendit avertere a cultu veri Dei, aut ad malum
inducere. patet de hoc Deuteron: 13. ubi dicitur.
Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium
se vidisse dicat, et prædixerit signum atque portentū,
et evenerit quod locutus est, et dixerit tibi: Eamus
et sequamur Deos alienos quos ignoras, et serviamus

eis: non audias verba prophetæ istius, aut somnia-
„toris: quia tentat vos Dominus Deus vester, ut pa-
„lam fiat utrum diligatis eum. Ideo dicit Chrisosto-
„mus super Math: concessum est diabolo interdu
vera dicere ut mendacium suum rara veritate com-
„mendet. Ideo à Christo in evangelio sæpius iubetur
tacere veritatem etiam de Christo, ne, dum verita-
„ti ipsius creditur, etiam postea falsitati ~~quæra~~ credere-
„tur. Et spiritus bonus nunquam inspirat nisi veru:
sed spiritus falsitatis aliquando inspirat verum
aliquando falsum. Sed quando inspirat hoc aut
coactione, aut iussu Dei, aut ut per veritatem
deducat ad credendum falsitati. De inspiratione
falsitatis patet 3 Reg: ultimo: ubi dicit: Egrediar, et
ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum.
Sed posset aliquibus videri quod non semper eveniat
id, quod a sanctis prophetis prædicitur: ut patet 4 Reg:
20: ubi Isaias dixit Ezechiæ regi: Dispone domui
tuæ, quia morieris tu et non vives. Et similiter Isa-
„iæ 38: quia secus evenit quam prædixit. Item de
propheta Iona in civitate Ninive et eius sub[v]mer-
„sione. Ad hoc respondetur secundum S. Thomam 2a. 2æ. quæst:

Superstitionibus et Illusionibus eorundem.

171 artic: 6. Quod Divina praescientia respicit futu-
„ra secundum duo. uno modo secundum quod sunt in semet
„ipsis in quantum scilicet ipsa principaliter intuetur
et sic futura sunt determinata ad ipsum unum. 2do
secundum ~~modum~~ quod sunt in suius causis, in quan-
„tum Deus videt ordinem causarum ad effectus.
Quantum ad primum, cum omne tempus in aeternita-
„te sit, sicut praesens, illa futura mutari non possunt
in quantum à Deo praescita. Quantum ad secundum
non sunt determinata ad unum, quin possint aliter
evenire. Et quamvis ista duplex cognitio semper
in intellectu Divino coniungatur, non tamen coniun-
„gitur semper in revelatione ~~Divina~~ prophetica: quia
impressio agentis non semper adaequat eius virtutem.
Unde quandoque revelatio prophetica est impressa
quaedam similitudo Divinae praescientiae, ut respicit
ipsa futura contingentia in se ipsis. Et talia sic e-
„veniunt sicut prophetantur. Sicut illud Isaiae 7.
Ecce virgo Concipiet: Quandoque est impressa simili-
„tudo Divinae praescientiae, prout cognoscit ordinem
causarum ad effectus: et tunc quandoque aliter evenit
quam prophetetur: nec tamen prophetiae subest falsum.

Nam sensus prophetiæ est quod inferiorum cau=sarum dispositio, sive naturalium sive humano=rum actuum hoc habet, ut talis effectus eveniat. Sicut Isaias dixit: Morieris et non vives: id est, dispositio corporis tui ad mortem ordinatur. Et illud Jonæ 3. Adhuc quadraginta dies et Ninive subver=tetur, id est, hoc merita eius exigunt, ut subvertatur. Prima dicitur prophetia prædestinationis: secunda potest dici conditionalis et ut nunc.

De Pythonissa illa de qua dicitur 1 Reg: 28. quo dicitur suscitasse Samuelem prophetam sciendum: quo Python secundum Papiam dictus est ab Apolli=ne, qui fuit Author Nigromantiæ et Divinatio=num. Inde dicuntur pythones habentes spiritum pythonicum /: a quo etiam dicitur Pythonissa :/ id est, artem nigromantiæ. De qua, quia scriptura authen=tica loquitur aliquid videndum non est inutile. Nicolaus de lyra super præfatum locum: an Samuel vere per eandem à morte fuerit suscitatus ponit duas vias. allegans Augustinum in certis locis, ponit ar=gumenta pro utraque parte: et solvit etiam pro utraque parte, nec se determinat ad unam certam partem:

Superstitionibus et Illusionibus eorundem

sicut nec Augustinus. quia utraqs par est probabilis scilicet: quod vere fuit anima Samuelis quæ apparuit: et etiam quod fuerit illusio dæmonum ex apparitione Phantastica. Sed ut non recedamus à veritate textus, qui dicit Samuelem esse suscitatum. Et idem dicitur Eccle: 46. de Samuele. Et post hoc dormivit, et notum fecit Regi et ostendit illi finem vitæ suæ, Et in textu multa vera prodixit. tenendo igitur sine assentatione hanc viam quod fuit vera anima Samuelis, non per Pythonissam adductam seu suscitatam, sed veritate Divina quæ Pythonissam et Saulem latuit et etiam dæmonem, ut Sauli propter sua demerita sententia Divina denunciaretur: sicut vivente Samuele reprobatio ei fuit denunciata. Et mulier et dæmon fuit prohibitus ne per artem Magicam aliquid operaretur. Sicut Balaam Ariolo non fuit data responsio per dæmonem angelo prohibente. Et quod prodixit cras tu et filii tui mecum eritis cum Saul fuit reprobatus et Jonathas ut putatur bonus, igitur intelligitur mecum idest in statu defunctorum et in morte, exuti corporibus. Nec obstat quod permisit se adorare adoratione duliæ, Sicut Nathan David adorasse legitur 3 Reg. 1. Siquis tamen aliam viam

tenere vellet de arte magica non fuisse animam Samuelis legat ibidem Nicolaum de Lyra, et Augustinum in Epist: ad Simplicianum

Admirandæ Dæmonum Experientiæ.

Post prædictam Dæmonum potestatem persuasum mihi videor expedire, ponere ad lucem aliquos effe„ctus et experientias historiarum per dæmones pra„cticatarum, ut ex istis fideles cognoscere valeant quanta est fallacia dæmonum et vitare possint eo„rum illusiones, ne contra fidei christianæ puri„tatem alias recipere doctrinas cogantur. nam omnia omnia talia fidei christianæ et sanæ doctrinæ ad versantur. Ideo sub idolatriæ peccato includuntur, et indubie sunt mortalia peccata et gravi pœniten„tia sunt punienda. Primo igitur occurrit experien„tia quam Augustinus narrat super ~~sermone~~ Joan Tract: 7 super illud Joanis Baptistæ: Ecce Agnus Dei. Quod ab aliquibus celebratur festum sangui„nis, quod ortum habuit, quia raptum est aurum de aure mulieris nescio cuius, et cucurrit sanguis: et post subdit causam: quod malignus spiritus, ut premeret pondus placatus est sanguine. Et sic dæmon

Superstitionibus et illusionibus eorundem

se immiscuit illi trutinæ, gravavitque aurum super multa graviora corpora, ut homines istum sangui-nem et aurum venerarentur per idolatriam. Et post ibidem multas ponit hominum dementationes per dæmonem factas. Ex hoc patet quod Dæmon potest gravitatem et levitatem inducere in rebus vel ap-ponendo corpora ponderosiora, quæ homines non vident vel se ipsum apponendo. Nam et sanctus An-gelus legitur levitatem induxisse in Habacuc Prophetam quem a iudea in Caldæam in vertice transportavit: Daniel: ultimo. delectantur enim Dæmones in oblatione sanguinis per idolatras eis oblati: ut patet 3 Reg: 18. ubi dicitur quod sacerdotes Baal tempore Eliæ incidebant se iuxta ritum cul-tus et lanceolis, donec perfunderentur sanguine. cur autem hoc est, quia per sanguinis effusionem fiunt sæpius homicidia: et ipse dæmon homicida fuit ab initio ut christus testatur. Item secundum August: quia noverat quandoque pretioso Christi sanguine redimendum genus humanum ideo ut istum san-guinem infamaret delectatur in sanguine. Etiam quia dæmones proprii honoris cupidi et divini honoris

invidi Deo in hoc assimilari cupiunt, ut Deum
honore suo spolient et sibi Divinum honorem usur,
,,pent. David etiam reprobando ritum iudæorum
dicit. Effuderunt sanguinem innocentem sangui,
,nem filiorum suorum quos sacrificaverunt scul,
,ptilibus Canaan. Augustinus etiam lib: 21 de Civ:
Dei multa narrat miranda de quibus nulla alia
ratio reddi potest nisi occulta vis naturæ, quæ ta,
,men per Dæmones hominibus implicantur ad eos
decipiendos. Nam narrat de quadam lucerna inex,
,tinguibili in fano veneris per artem magicam
nutriri. Similiter de simulacro ferreo quod in tem,
,plo suspendebatur nullo retinente aut sustentante, nec
deorsum nec supra: se à peritis sciebatur quod lapi,
,des magnetes erant in pavimento substrati et simi,
,liter in calatura superius, ita, ut nec descendere
poterat, sed in medio tenebatur ex natura magnetis.
Ideo putabant aliquid Divinitatis in se continere,
et colebatur. Narrat etiam idem Augustinus l: 22.
de civit: Dei de vestali quadam virgine gentili cum
periclitaretur de suspicione cuiusdam stupri, in
signum suæ innocentiæ cribrum implevisse aqua de

de liberi, et ad suos Judices deportasse sine distil,
,,latione. et dicit Augustinus: Quis pondus
aquæ super cribrum tenuit? quis tot cavernis
patentibus, id est, foraminibus aquam cadere
prohibuit? nullus utique, nisi dæmon. Et hæc simi,
,,lia quoad eorum causas ex prædictis cognosci
possunt, quæ diffuse sunt dicta, aut per motum
localem, aut per illusionem sensuum, aut per na,
,,turæ occultum ~~instinctum~~ rebus instinctum, quo
dæmones non latent, fieri. Item excellentissi
,,mus doctor gulielmus Parisiensis in tractatu
suo de dæmonibus: multa narrat, de quibus aliqua
hic inserere curavi. narrat ibidem de parvulis
quos vulgus cambiones vocat id est cambicos,
quasi commutatos, quia parentibus ~~pro~~ propriis fi,
,,liis supponuntur ~~eisdem~~ ablatis sive commutatis,
ut ab eis tanquam proprii filii nutriantur, quos
filios dæmo~~nu~~num incuborum esse dicunt, eosque
ita macilentos, ejulantes et lactis eousque bibulos,
ut quatuor nutrices nulla ubertate lactis unum
lactare et pascere lacte sufficiant. Et hoc permittit
Deus propter peccata parentum, ut veri filii auffe,

de universo 3 parte 2dæ Partis. Cap: 26.

antur, quia scit eos nimis diligi, et occasionem peccatorum eius subducit. Illi autem cum nutri-cibus annis multis morare visi sunt, et postmodum evolasse vel potius evanuisse. Et dicit: quod sint dœmonum illusiones, quia illi se in species puero-rum tranmutant. sicut legitur in specie serpen-tis cum sancto quondam habitasse: et cum alio in specie servientis. Etiam dicit, quod Dœmones quasi in specie armatorum hastiludentium se ostendunt, aut pugnantium, et est nihil veritatis in re, sed est phantasma, aut interius in phantasia, aut exterius de aëre formant species, quasi po-pulum armatum, et mox evanescunt sicut pul-vis in aëre quia sunt de aëre formati et nullum vestigium relinquunt. sicut dicit quod quidam equester nocte videbatur sibi esse in convivio cum mulieribus, manè invenit se in luto maxi-mo, et equum ad arborem ligatum, nihil comedisse ex eadem causa. Narrat etiam de nigromanti-cis, qui pueros virgines locari solent in circu-culo ad pranosticandum aut sciendum occulta aut futura, scilicet furta, fures, latrones per in

Superstitionibus et illusionibus eorundem:

" strumenta, quæ adhibent, ut speculam, ungues pueriles, ova, manubria eburnea gladios elima-
" tos et alia, quibus addunt unctionem ex oleo ut augeatur instrumentorum luciditas, ut pueri perspiciant in eis occulta huiusmodi. et hoc ideo fit; ut reflexio fiat aciei mentis in se ipsam s: pro-
" hibet enim luminositas instrumenti ipsum aspici-
" entem faciem mentis in exteriora intendere: et luminosa instrumenta aspicientem mentis faciem magis intimius in interiora facit reflecti: et fit raptus et quasi extasis. ex quo sequitur, quod pue-
" ri post visionem ... oculos fortiter clausos tenet, donec anima ad se reversa sit à collectione huius-
" modi et vires ac organa resumpserit, quæ deserui-
" sse, saltem ad modicum, videbatur; alioquin im-
" mineret puero periculum corporis, aut insania; et postea semper horridus erit pueri aspectus, et oculi. Sed cur pueros pueros virgines adhibeant, ratio est, quia diabolus quasi quandam honesta-
" tem prætendit, quasi diligeret castitatem, et quasi Dei imitator, ut eo facilius homines fallat; etiam quia pueri a voluptate et Avaritia sunt

alieni, quæ non sinunt mentem ad interiora re-
duci, nec sunt passionibus immersi, quæ impedi-
unt interiorem speculationem. Et visæ species
non sunt in re exterius, sed interius, et videri so-
len hirci nigri aut aliæ horribiles species. Et
non omnes pueri vident eadem, ut inter 7 aut 8
vix unus videat aliquid. Ista etiam magis in de-
sertis Campis et nemoribus plus fieri solent,
quia Lucem fugiunt. Sed in Specie serpentum
aut ranarum canum nigrorum aut Cattorum,
quæ horribilia sunt ideo apparent, non aliter per-
mitente Deo, ut suspecta reddatur omnibus ars
ista: qui utiqꝫ potius in specie regum aut honesto-
rum hominum illud facerent, si Deus permitteret.
Sed in turpibus rebus permittuntur apparere ho-
minibus, ut appareat vesania diaboli, et horre-
ant opera eius. Ideo Isaiæ 3. dicitur, quod talpas
et vespertiliones et ranas in similitudinem vo-
lucrum, quadrupedum et serpentum adoraverint.
Nec sunt veri equi, qui videntur sed phantastici in
phantasia, quia sicut fumus evanescunt. Et
dicit in arundine sive in Cauma solent apparere,

Superstitionibus et illusionibus eorundem.

quia vacua et periculositas fractura in equitante
in ea, et habitationes dæmonum in ea sunt, iuxta
illud in secreto calami dormit et in locis humentibus.
Dicit etiam Wilhelmus idem de nummis reversis
ad bursas virtute dæmonum unde exierunt. Res-
-pondit: aut non sunt dati prius, aut si sunt dati
virtute dæmonum fit, quibus non est difficile
reportare aut apparere in specie nummorum,
sicut in specie mulieris, si Deus permittit, sicut
in massa auri cuidam viro sancto apparuit,
quod ipse fuit. Et illa species nummi nec est in
~~terra~~ aëre nec in terra, sed per ludificationem
est in sensibus interioribus. potest etiam in viris
sanctis cogitationes suscitare luxuriosas ma-
-xime in somno, quando ratio sopita est, quia
in vigilia habet resistentiam à sanctis. Ex
Matthæi 4. habemus, quod dæmon Christum
corporaliter duxit et portavit ad diversa loca,
et hoc in deserto loco, ubi citius operantur. Et
narrat, quomodo per nigromanticos quandoque
porci et columbæ in foro, lepores et alia animalia
venduntur, sed non sunt vera animalia aut viva,

sed phantastica, quia cito evanescunt, et cito
apparent, et per dæmones in imaginativa virtu=
=te firmiter exprimuntur: sicut quandoque ho=
=mo interius tantum occupatur, quod nec videt
nec audit apertis oculis, ita ut omnia exterio=
=ra organa deseruisse videatur, sicut in extasi,
spasmo et raptu hoc patet in freneticis et arrep=
=ticiis qui contremiscunt, clamant et rident,
et alia gesta agunt mirabilia cum tamen exte=
=rius nil apparet, sed omnia fint per interiores
species in vi apprehensiva, ut quidam furiosi
in aquam et ignem se præcipitant nisi ligantur,
et hoc ex terribilibus speciebus interioribus.
Et quandoque tales species profundantur interius
in phantasia, ut putant se esse gallos, et cantant
sicut galli. Et alter putat se esse lupum. Et sic de si=
=milibus iudicandum. Item narrat Augustinus
18 de Civitate Dei. quomodo quidam post trans=
vadationem cuiusdam fluminis in lupos erant
transmutati: post novem vero annis per quos cum
feris in deserto vivebant, revadando eodem flumine
rursus in homines reformabantur. hoc totum

superstitionibus et illusionibus eorundem.
arte magica fit per sensuum ludificationem.
Et idem de se narrat, quod cum in Italia esset
audivit quasdam stabularias mulieres arte
magica imbutas, quæ in Caseo dare solebant,
unde homines in jumenta converterentur,
et necessaria quæq; opera portabant, putantes
se esse iumenta, sed postq; perfecta opera iterum
ad se redibant. Et dicit Augustinus: Dæmones per
se onera portabant, et ludificatos esse homines
in sensibilibus, et homines proiiciunt ad loca
viventes quidem, sed gravius quam dormientes
sensibus obserat. Dicit etiam Socios Diomedis
versos esse in volucres secundum præstigia dæ-
monum, sed submersis hominibus aves loco
illorum submersorum per dæmones allatæ
sunt quasi de fluvio evolantes, et sic plures
submersi sunt arte dæmonum, et homines puta-
bant eos in volucres cœli esse commutatos.
Et plura talia in eodem 18. libro narrat August:
hoc inquit ad nos pervenerunt per eos quos nobis
non æstimamus esse mentitos. unde ad conclu-
dendum hanc fallendi artis magicæ causam dicit

De Potestate Dæmonum, arte magica,

Augustinus lib: 21. de Civit: Dei. Alliciuntur autē dæmones ad inhabitandum per creaturas, quas non ipsi sed Deus condidit delectabilibus pro sua diver„sitate diversis, non ut animalia cibis, sed ut spi„ritus signis, quæ cuiusq; delectationi congruunt per varia genera lapidum, lignorum, herbarum, animalium, carminum, rituum. Ut autem illi„ciantur ab hominibus, prius eos ipsi astutissima calliditate seducunt, vel inspirando eorum cordibus virus occultum, vel etiam fallacibus amicitiis ap„parendo, eorumq; paucos discipulos suos faciunt, plurimorumq; doctores. Neq; enim potuit, nisi primum ipsis docentibus, disci, quid quisq; illorū appetat, quid exhorreat, quo invitetur nomine, quo cogatur, unde magicæ artes earumq; artifices extiterunt. Maxime autem possident corda mor„talium, qua potissimum possessione gloriantur, cum se transfigurant in Angelos lucis. Sunt er„go eorum facta plurima, quæ quanto magis mi„rabilia confitemur, tanto cautius ea vitare de„bemus. Hæc Augustinus.

Superstitionibus et illusionibus eorundem

De Expulsione Dæmonum, et Cessatione Maleficiorum.

In calce huius opusculi, non inutile judicavi aliqua inserere de Dæmonum expulsione, et ma„ „leficiorum cessatione, si tamen datum fuerit à Deo de his posse et nosse speculari. Fateor enim de his palpabiles tenebras occupare mentes nost„ „ras, nec bonos nos ~~esse~~ fore rerum æstimatores, nec posse nos æstimare, sed magis credendum esse de his subtilius speculantibus, maxime qui con„ „cernunt occultas et inscrutabiles rerum natu„ „ras ex influentiis cœlestibus influxas, quæ utique magis clara sunt bonis et malis Angelis, quam nobis. De quibus Augustinus multa ponit in 21 libro de civ: Dei. quæ nec ipse scire se fatetur. Quantum tamen valebo stilo præsenti ea depingere non erubescam. Legimus in Evangeliis, à Chri„ „sto et Sanctis Discipulis eius, etiam à perversis in Christi nomine dæmones fuisse expulsos, ut pa„ „tet Lucæ 9. et Matthæi 7. De quibus non miramur: sed hodie licet plures cernimus arreptitios, paucos tamen videmus curari. Et puto causam esse;

1Quia hoc tempus non est miraculorum facien,
„dorum propter claritatem Fidei ubique propalatæ,
quæ tunc non erat: unde ad Dei honorem et fidei
orthodoxæ corroborationem hoc tunc fieri oppor,
„tebat. 2do forte etiam propter defectum sanctita,
„tis in hominibus, quia non sunt digni nec ex,
„pulsores nec expellendi ad hoc opus. 3tio propter
peccata hominum arreptitiorum, qui sunt digni,
puniri, ut peccat coerceantur, et multis peccatis
cessentur. Quotquot enim audivi arreptitios, sem,
„per dicebant, se tempore ingressus dæmonum gra,
„vibus peccatis se fuisse obnoxios. nec tamen per
pœnitentiam potuerunt liberari, sicut nec per sa,
„cramentorum susceptionem tempore lucidorum
intervallorum, quæ sacramenta non debent eis de,
„negari ab Ecclesia, etiam Eucharistiæ sacramentum.
nec sacramentorum perceptio obsistit obsessis, quin
simul in eodem possunt se compati, quia non ~~eum~~
eodem modo inhabitant corpus: quia dæmon in
humoribus fœtidis, sacramenta vero sunt ani,
„marum medicina, non semper corporum. Legimus
a multis sanctis post tempora apostolorum dæmo,

Superstitionibus et illusionibus eorundem.

"nes fuisse ejectos et prohibitos à maleficiis.
sicut in vita B. Bernardi legitur, quomodo ipse
quandam succubam mulierem, quæ per septem
annos passa fuit nefandissimum actum a dæ-
mone incubo, præsente et cubante secum in lecto
viro suo huius rei ignaro, sanavit, et dæmonem
accensis candelis in ecclesia publice coram om-
"nibus anathematizavit, et mulierem liberavit.
Legimus etiam Tobiæ 8. Quomodo Raphaël Ange-
"lus per partem jecoris piscis positi super carbo-
"nes vivos compescuit dæmonem nomine Asmo-
"deum, et Saram uxorem Tobiæ iunioris curavit.
aut hoc fuit ex potestate angeli, aut per occultam
naturalem operationem jecoris, quam utiqs
Angelus novit. Nam etiam legimus in vita S.
Hugonis Episcopi Linconiensis, quod quædam
mulier etiam succuba fuit curata ab incubo
dæmone per herbam quandam quæ appellatur
græcè periton, latine herba perforata, sive
herba S. Joannis, quam circa se in domo, et
in lecto portabat, et spiritus ad eam accedere
non audebat. Dicit etiam Wilhelmus Parisiens.

quod herba pæonia appensa collo dæmoniaci
fugat ab eis dæmones. Et dicit idem, quod præ,
„sentia serpentis ligat maleficos et magos: ut
in præsentia ipsius cessent omnia præstigia et
incantationes. Et dicit idem, quod præsentia la,
„pidis heliotropiæ gestantem se videri non sinat,
si verum est, quod de ipso scripserunt experimenta,
„tores. et revera, multa est potestas eius contra
lucem, cum splendorem solis in ruborem transmu,
„tet; non enim aliter possibile est, ut gestantem se
efficiat invisibilem, nisi colorem illius ab opera,
„tione sua et in aëra, et in oculos hominum
prohibeat? et idem dicit de pellicula vel nervo
qui est in spina serpentis, quod, si ex eo fiat cor,
M.S. sigella. „da in viella vel cithara, ubicunque nervus ille
sonuerit, impossibile est nervos aliorum instru,
„mentorum sonare. dicit etiam, quod urina
humana fusa cum execratione super magos et
magas solvit eorum præstigia, et dicit, quod eadem
urina fusa super dæmoniacos, fugat ab eis dæmonia.
Et sputum projectum ab hominibus in execratio,
„nem dæmonis cum contemptu eius fugat tentati,

Superstitionibus et illusionibus eorundem.

„ones dæmonum, et cum quis dicit illam inter„
„jectionem exprobrantis: Affing diis, dæmonem
nominans, mox dæmon à tentatione cogitatio„
„num cessat. et ratio istorum est; quia sunt su„
„perbissimi, et cupiunt semper honorari et fugi„
„unt dehonestari, et non libenter frequentant
homines à quibus contumelias patiuntur.
Et quod dictum est de herbis et aliis, quæ fugāt
dæmones, ratio est: Quia odiunt omnia, quæ ho„
„minibus sciunt esse salubria. Ideo creditur fugere à
pæonia, quia habet magnas virtutes hominibus
utiles, licet nec hæc herba nec alia coguent dæ„
„mones, sed per se fugiunt ex odio istarum herba„
„rum. Melodia etiam et harmonia dicitur fugare
dæmones, aut mitius affligere, ut patet in Saule
Rege, qui minus torquebatur à dæmone psallente
David: hoc fuit virtute psalmorum, vel quia vis
sensitiva intenta fuit à dulcedine melodiæ. Visus
est quidam dæmoniacus, qui certo tempore anni
vexabatur, sed quando coram eo melodia persona„
„bat, lenius ferebat. Sic dicit idem Wilhelmus,
quod præsentia serpentis prohibet spiritus malignos

De Potestate dæmonum, arte magica,

à præstigiis, et lapis Jaspis fugat phantasma,
„ta. Amant illi spiritus cantus et modulati,
„ones, quia Deo vident illa offerri, ideo per hoc
parificari volunt Deo. Ideo creduntur levius
torquere hos quando canitur aut modulatur.
Unde omnes idololatræ cultum musicalem Diis
suis exhibent. Quidam dæmones audientes
dissonantiam quorundam religiosorum, deri,
„debant eos. Et quidam dæmon nomine Tintinil,
„lus cum sacco visus est à quodam sancto cir,
„cuire chorum religiosorum, et colligere fra,
„gmenta literarum, sylabarum et notarum
indecenter et negligenter divinum officium
persolventium. Et dicit idem quod dæmoni,
„aci rauca voce loquentur, quia non vera. Et
natura perfectior est in sua operatione quam
ars: Et homo firmius incedit et melius in pe,
„dibus suis naturalibus, quam in ligneis.
Et delectantur in crinibus pulchris virorum ac
mulierum: quia per eos trahunt homines ad im,
„pudicitiam et superbiam. Unde visa est quædam
puella post mortem, quam dæmones pectinabant, et

Superstitionibus et illusionibus eorundem

jucundabantur cum crinibus illius. Et dicebat
Puella, quod crines isti videbantur sibi excedere
gravitatem molarium lapidum, et maxime eam
torquebant. Et dicit gilbertus in rudimento
Doctrinae, quod omne maleficium cessat in
aqua. Cuius exemplum ponit: quod quondam
stabularia idest hospites active quosdam hos-
pitio suscipientes, eosdem arte magica in suos
equos aut asinos commutabant per illusiones,
eosdem vendebant mercatoribus, et sic pretia
pro eis suscipientes multum lucrum inde sume-
bant per labores. audiens hoc vicinus dives
asinum emit spe lucrandi pro magno pretio
dictumque est ei ab illis vetulis, ut custodiret
eum ne in aquam intraret. servatus est diu
asinus ab aqua, tandem incautiorem nactus
custodiam, in lacum proximum se projecit, et
diu ibi se volutans, asininam figuram perdidit, prop-
riamque recepit. Cumque custos asini sciscitaretur
ab eodem sibi obvio, si asinum vidisset, ille se esse
dixit. Custos ad Dominum retulit. Qui dominus
Leoni pro tunc Papae dixit, et anus requisita idem

fatebatur: dubitantem Papam Petrus Damia„ni confirmavit, ~~qui~~ adducens Simonem magū qui Faustinianum in formam Simonis trans„mutavit, quasi ipse esset Simon, relinquens illum manibus persequentium se, et sic aufugit, sed egregie delusus à D. Petro in manus persequen„tium ipse Simon incidit. ut videre est in histo„ria Simonis Magi. ~~Simonis~~ Hoc exemplum
MS: gWilh. adducit Gilbertus ad probandum, quod nihil, quod per nigromanciam fieri potest, in aqua fallere intuentem possit. Dixerat enim prius esse quod„dam genus pulveris locupletissimi, qui quidquit contigit in aurum convertit, non quod ita fit, sed quod ita videtur: quod ad aquas diluitur. Unde in legenda S Luciæ legitur, quod judex Paschasius, qui eam ad idola compellere volebat, iussit eam aqua impura perfundi, volens artem magicam quam putabat in ea esse per aquam discernere. Legat qui velit in Miraculis S Hiero„nymi, quomodo diabolus se in figura S Silvani Episcopi de Nazeret transformavit, et quandam Dominam ~~in~~ honestam inhoneste in cubiculo

Superstitionibus et Illusionibus eorundem attentavit, quæ clamans, occurrentibus homi-
-nibus viderunt quasi ArchiEpiscopus esset: Currentes, et ad virum Silvanum venientes eum multis Contumeliis per integrum annum afflixerunt, donec per sanctum Hieronymum, qui ante hoc migravit a sæculo, ipse diabolus in præsentia Episcopi et totius populi in figu-
-ra eadem se ostenderet, qua in principio coram illa Domina se transfiguraverat. Ex istis præ-
-dictis sequitur, quod ars magica non est ars ve-
-ra, sed diabolica deceptio, quia talis ars non habet, nec utitur veris principiis artis, sed herbis, scilicet lapidibus, signis quæ in illam habent effica-
-ciam ad tales effectus. Sequitur recte, quod multum expediret in civitatibus et locis insig-
-nibus esse viros prudentes, qui talia maleficia cognoscere possent et informare homines, et præ-
-dicatores et confessores, qui sæpius errare viden-
-tur, et in errorem alios mittere. Nam errare in his est periculosissimum, quia in fide erratur, et Dæmonis tota festinat intentio, ut homines infi-
-de devios faciat, et ad sui familiaritatem trahat.

insignio-
-ribus

Ideo dicit gilbertus præfatus; quod sicut pastores
primitivæ Ecclesiæ erant Causa dilatationis Eccle,
„siasticæ, sic nostris temporibus negligentes pa,
„stores sunt Causa coarctationis Ecclesiæ: sic quod
ecclesia quasi in angulis est constituta. Plurimam
enim partem mundi infidelitas occupat, de resi,
„duo multi sunt hæretici; alii vero mortalibus pec,
„catis se immiscent, ut non immerito plangat Chri;
„stus et dicat: væ mihi quia factus sum sicut qui
Colligit in authumno racemos vindemiæ.
Volens tamen hæc omnia maleficia dæmonum
et illusiones evadere vitam corrigat, Deo inhære,
„at, dicente Augustino sermone 7. super Joannem.
Qui ergo times, ambula cum Deo tuo, certus esto,
quod te non vult pati, non patieris. Quod te per,
„miserit pati flagellum corrigentis, non est pæ;
„na damnantis. Ad hæreditatem sempiternam
erudimur, et flagellari dedignamur? Constat
diabolum nihil facere posse, nisi permissum
aut missum, ut probentur justi, aut puniantur
iniusti et peccatores.

Superstitionibus et Illusionibus Eorundem

Conclusio Finalis Totius.

Hanc materiam praeostensam conflare de multis curavi zelo Dei et charitate inspirante, et coope„rante ad salutem si Deo placuerit imperitorum, licet eo omnibus me imperitiorem existimem: ut saltem habeant manuductiones ad cavendas Diabo„licas superstitiones, quibus saepius oculi quorum„dam excaecantur, putantes aliquid esse in re, cum sit: ex occultis paralogizari; cum causas ignorent effectus scire et discutere velint, et ruunt in abyssu peccatorum, et hoc aliis docent caeci caecos ducentes. Offero insuper praedicta, omniaque mea scripta benevolo lectori et locupletiori correctori cum venia petita de materia extensiori et stilo grossiori etsi cum propria famae dispendio, quam patienter feram, dummodo fructus aliqui prosequi exinde speren„tur. Potens est enim Deus, cuius est dare increme„tum non secundum plantationem, et rigationem, sed per seipsam in scriniis peccatorum hoc legentium fructum salutis inserere ac inspirare. Neque enim putavi reprehensioni obnoxium, quod chari„tas dignata est concipere et parturire, quippe quae

nil nisi quod proficuum est novit afferre; neque enim ipsa unquam excidere potest. In charita,,te ergo certa et veritate non ficta, quantum putavi, quantumque judicavi hoc offero sine præjudi,,cio aliorum sanius sentientium salva semper protestatione in Scholis Theologicis fieri soli,,ta, ut omnibus erroribus seclusis in veritatis et salutis via omnes ambulare possimus ad ipsum, qui via est, veritas, et vita, Jesum Christum, qui semper super omnia Deus in sæcula benedictus.
Amen.

30 decembris 1765.